## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

THE LIBRARIES

COLUMBIA UNIVERSITY

GENERAL LIBRARY

Digitized by Google

# SPECIMEN

# BIBLIOGRAPHICUM

DE

## DALMATIA ET AGRO LABEATIUM

AUCTORE

JOSEPHO VALENTINELLI

PRO PRAEFECTO

BIBLIOTHECAE S. MARCI VENETIARUM.

VENETIIS

TYPIS CAECINIANIS ET SOC.

M. DCCC. XLII.

Digitized by Google

Z
2124
.D2
V1

273748

Digitized by Google

E. M. 13 Jan. 19..
MAR 4 1969 BVT

# FRIDERICO AUGUSTO

## REGI SAXONIAE INVICTO

D. D. D.

JOSEPH VALENTINELLI.

*Cum duobus abhinc annis iter per Dalmatiam instituissem, eos libros qui tum de hominibus tum de rebus ad eam pertinentibus conscripti sunt, recensendos suscepi, eo nimirum consilio, ut et in Seminarium Patavinum, cujus Bibliothecae praeeram, satis officiosus viderer, et animum meum peregrinis novisque plane cognitionibus exornarem. Cum autem regionem illam inquirendo peragrassem, quam Tu quoque, doctissime Rex, admirabilium rerum investigatione pervasisti, gratum tibi esse facturum existimavi, si opellam meam, qualis ea cumque sit, ſuo Augusto Nomini consecratam et insignitam amplissimo patrocinio publice darem. Reputabam enim id fieri praeclare atque adeo jucunde, ut quae loca nuper lustrasti oculis, ea iterum mente in eorum libris descripta percurreres, iterumque suspiceres qua*

JUN 9 1939
273748
Digitized by Google

*montium amoenitates, qua praeruptos aquarum lapsus, qua litorum speciem, et, quod magis dignum est admiratione tua, memorem illum incolarum animum, qui adhuc scientiae atque humanitatis tuae argumenta illustribus verbis persequuntur. Quod si hoc nimis audacter arripio mihique arrogo, id profecto eximiae benignitati, qua foves ingenuas artes, gravissimas disciplinas tueris, litteratosque viros amplecteris, in primis tribuendum est. Quam scilicet benignitatem, ea confisus opinione virtutis quae perfertur de Te, sin minus voce, at certe litteris monumentisque omnibus efferre nullo unquam tempore praetermittam.*

*Venetiis, Id. Jan.* MDCCCXLII.

Digitized by Google

MON CHER COLLÈGUE.

*Dresde. Bibliothèque Royale, le 25 Fevrier, 1842.*

*C'est avec beaucoup de plaisir que je m'empresse de Vous donner aujourd'hui l'agréable nouvelle, que je suis parvenu à Vous procurer une reponse décisive du Cabinet du Roi, qui comme de nature ne pouvait être que favorable. Sa Majesté veut bien agréer la dédicace de votre ouvrage et recevra avec plaisir un exemplaire pour le déposer dans sa Bibliothèque particulière.*

*Le Roi me charge de Vous faire connaître sa volonté et Vous, Monsieur, Vous sentez bien avec quels sentiments de plaisir et de satisfaction je me charge de cette commission agréable.*

D.r FALKENSTEIN.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRAEFATIO AD LECTOREM.

Quantum universa Historia, nostro hoc saeculo severioris critices regulis subjecta, bibliographicis studiis, admoto quasi lumine, illustretur, non est, amice Lector, cur te liberalibus litteris excultum admonere velim. Ea quippe studia, praeterquamquod sub uno velut adspectu demonstrant, quemadmodum Auctores in qualibet pertractanda disciplina versati sint, in quo deliquerint, quid attigerint, quid omiserint, copiose etiam suppeditant unde ipsi demum juvari possint ad ea quae mente conceperint, exponenda. Quod igitur in bibliographicis Italiae *monographiis* singillatim Colettus (1) Moreni (2) Vermiglioli (3) Lichtenthal (4), praestiterunt, id ego, ad Dalmatiam quod attinet, quam maxima potui diligentia adgressus sum atque perfeci. Cum enim regionem illam providentis naturae et artis praesertim antiquae magnificentissimis portentis commemorabilem semel atque iterum perlustrassem, mirum quantum copia rerum excellentium delectatus sum! ita profecto ut operae pretium



Digitized by Google

esse duxerim, si, quae digna memoria atque adeo mirifica industrii homines tradidere, ea simul collecta, et quasi inter se colligata exhibuissem.

Atque ut operi manus adjungerem maximo mihi fuit incitamento Vincentius Devit in Gymnasio Seminarii Patavini Professor, Vir omni officiorum genere jamdiu mihi devinctus, qui comes et socius maritimi itineris plures horas otii plenissimas in veterum monumentorum, quae plurima Salonae, et Naronae occurrunt, exornandum studium admirandâ prorsus sedulitate conferebat. Verum enimvero in hujusmodi opere locupletando fateor me vehementer et in primis debere egregio viro Lucae Torre Patri Scholarum Piarum et in Lyceo Jadertino eximio Professori, cujusque urbanitatem et benevolentiam, an eruditionem et dalmaticarum rerum peritiam magis admirer, nescio. Is profecto Jaderae non modo Lycei Bibliothecam sed propriam etiam mihi pro libito patere voluit, deditque operam ut secum proficiscens Rhacusam, Tragurii, praestantissimos fratres Garagnin et Urbis veteris in insula Pharia Dominum Niseteo, Viros animo et opera, ultra quam satis est, paratos convenirem; tum Phariae, et Rhacusae ditissimas bibliothecas, ibi Capitularem, hic Instituti Scholarum Piarum, nec non privatam Thomae Ciullich ex Minoribus quos Observantes vocant, inviserem; memet porro per Turcarum fines redeuntem, qua pollet illyricae linguae cognitione, velut interpres, singularem in modum

adjuvit vel ad homines adeundos, vel ad libros perlegendos. Neque vero diffiteor hoc loco mihi praesto fuisse et Palatii Franciscum Lanza, veterem illum studiorum meorum quasi commilitonem, et Corcyrae nigrae Matthaeum Capor urbanae rei gerendae principem, et Rhacusae utrumque Thomam Ciullich ac Twarko Gymnasii Rhacusini Praefectum, et Cathari familiarissimum meum Urbanum Raffaelli, quo de mihi opitulante et in codicum titulis excribendis et in periclitando illo ad montem scodrensem adscensu suavem habeo recordationem benevolentiae parem. Venetiis denique permulti sunt, quorum nomina grata animi significatione prosequar ut Georgius Plancich a Consiliis Caesaris, Eques Emmanuel Cicogna, dulcissimi fratres Dominicus et Aloysius Nardo, Antonius Rossi Bibliothecae Custos Seminarii Patriarchalis, qui mecum libros vel typis editos vel manu scriptos communicarunt. Quamobrem confitear ingenue necesse est, tantae segetis magnitudine, copia, varietate me propemodum laborasse. Etenim volumina mihi erant perquirenda, quae numero paene infinita in vulgus emanarunt, non solum in Dalmatia, quod sero quidem usuvenit, sed potissimum Venetiis (ea nondum eversa Republica), tum Patavii, Tarvisii, Anconae, in quarum urbium bibliothecis facili prorsus negotio reperta sunt. Quid vero? Acu rem tetigisse putem? Nunquam sane mihi hujusmodi opinio irrepsit in animum; propterea que placuit speci-

Digitized by Google

minis titulo opellam inscribere, cui scilicet inchoatae tam ſauste tamque jucunde tunc fástigium imponam, quum otium ſuerit, opesque reliquae aliquando suppetant ad rem dalmaticam conficiendam; ut idcirco ea quoque regio, quantum in me erit, sua bibliographia florere quodammodo videatur.

Quod autem spectat ad mei muneris partem in operis dispositione praestandam, hodierna Dalmatiae partitione usus sum, vetustam Rhacusae rempublicam et regionem catharensem complexus. Dalmatiae fines praetergressus agrum Labeatium ob propinquitatem et commercii communionem adjeci, in quo singulare penitus illud mihi visum est, quod Rector ille vulgo Wladika, in meo ad montem scodrensem velut excursu non modo exceperit, verum etiam in partem laetitiae ob victoriam in Turcas relatam me vocavit incredibili prorsus humanitate. Nomina locorum, ad quae singula rerum argumenta referuntur, ordine alphabetico sum persequutus: titulum libri primum germana lingua, tum latina expressum, et urbis, typographiae, anni, quibus is exiit in lucem, insignitum notis confeci: in materia sub quolibet articulo digerenda principem locum historiae, alterum scientiis, tertium humanioribus litteris, Religioni postremum concessi. Passim adnotavi quaedam de merito vel praelatione operis ex Farlatti, Appendini, aliisque melioris notae Scriptoribus: manu scriptorum Codicum rationem non praetermisi et locum ubi adservan-

Digitized by Google

tur, quoad fieri potuit, declaravi. Denique ad calcem operis indicem addidi, ubi nomina vel hominum, vel locorum, vel rerum, quae in toto opere usurpantur, occurrunt. Reliquum nunc est, Lector benevole, ut eam voluntatem, qua me in hanc salebram conjeci, aequi bonique facias, et hoc unum reputes nihil me praeter semina jecisse, quae alta in posterum et educata jucundissimae regioni adcrescent uberiorem fructum datura.

(1) Catalogo delle Storie particolari d'Italia possedute dai fratelli Coleti. Venezia, Coleti, 1779, in 4.

(2) Bibliografia storico - ragionata della Toscana o sia Catalogo degli Scrittori che hanno illustrata la Storia delle Città, luoghi e persone della medesima, raccolto dal Sacerdote Domenico Moreni Canonico dell'Insigne Real Basilica di S. Lorenzo. Firenze, 1805, Vol. II, in 4.

(3) Bibliografia storico - perugina ossia Catalogo degli Scrittori che hanno illustrata la Storia della Città, del Contado, delle Persone, de' Monumenti, della Letteratura, compilato e con note bibliografiche ampliamente illustrata da Gio. Batt. Vermiglioli. In Perugia, 1823, in 4.

(4) Manuale bibliografico del Viaggiatore in Italia, di Pietro Lichtenthal. Milano, 1834, in 12.

Digitized by Google

Digitized by Google

# SPECIMEN
# BIBLIOGRAPHICUM
DE
## DALMATIA ET AGRO LABEATIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

## Aenona. - it. Nona.

1. *Lettera del sig. canonico Andrea Zucchini,* i. e. Epistola Domini Canonici Andreae Zucchini Domino Bali Equiti Marco Martelli patricio florentino de Instituto nicotianae praeparandae Ænonae in Dalmatia, Iadera missa XIII Kalend. Septembr. ann. 1790, in 8.

Sine loco, nomine typographi et anno. Adjicitur Tabula aere sculpta quae dat prospectum ortographicum Instituti.

2. *Saggio epistolare contenente,* i. e. Specimen epistolare quod in modum compendii dat notitiam Instituti nicotianae preparandae jam exhibitam supremo jussu a Comite Rados Antonio Michieli Vetturi Inspectore Agriculturae in Dalmatia, auctore Patre Johanne Baptista a S. Martino. Extat in *Collect. itala Memor. Academ. Agricult. etc.* Venetiis, 1794, pag. 3-39, in 8.

3. *Esperienze chimiche ed osservazioni,* i. e. Chemica experimenta et observationes agronomicae in Marnam recens Ænonae in Dalmatia detectae cum notis et animadversionibus quae referuntur ad varias ejus proprietates in usu agrario, nec non alia fossilia opportuniora ad agros pinguefaciendos, auctore Johanne Arduino Professore in Universit. Patav. Extat in *Collect. it. Memor. Academ. Agricult.* etc. Venetiis, 1794, T. X, pag. 94-134, in 8.



Digitized by Google

## Ager Labeatium qui et Mons Scodrensis it. Montenegro. - illyr. Çerna-Gora.

4. *Relatione et descrittione*, i. e. Renuntiatio et descriptio Regionis (Sangiaccato) Scodrensis, qua omnia de urbibus, earum situ, pagis, domibus, incolis, ritu, moribus, rebus, armis eorum populorum, uno verbo, quidquid memorabilius in eo Ducatu, minutatim referuntur, auctore Mariano Bolizza Nobili catharensi.

Codex ms. chartaceus in 4. quadraginta quatuor foliis numeratis *recto*, modo in Bibliotheca S. Marci Venetiarum clas. VI. c. 176 spectabat clar. Apostolum Zeno. Descriptio in quinque partes distributa dat multa diligentius pertractata de Agro Labeatium, potiori ejus Ducatus parte.

5. *Istoria del Montenegro*, i. e. Historia Agri Labeatium, auctore Basilio Petrovich. Moscuae, 1754, VI Id. Mart.

Dedicatio hujus operis facta Domino Vuoronzov Cancellario Reginae Moschorum. Auctor fuit iis temporibus Metropolita Agri Labeatium, Epiri inferioris maritimae et Throni Serviani Exarca.—Codex hujus Operis manuscriptus sex paginis digestus extat apud Doctorem Urbanum Raffaelli.

6. *Voyage historique et politique*, i. e. Iter historicum et politicum ad Agrum Labeatium, exhibens originem illius populi autochtoni vel aborigeni minus noti; descriptionem topographicam, pictoriam et statisticam regionis, mores, usus, praeconceptas opiniones, regimen, leges, politicas relationes, religionem, caeremonias novas et visu dignas illius cultus, animi fortitudinem, generositatem, ferocitatem iis gentibus communem; una cum tabula ditiori et diligenter in loco descripta (scatet erroribus quamplurimis et nulla so-

Digitized by Google

lertioris curae laude commendatur), duodecim tabulis aere sculptis et coloribus ornatis mores regionis, festa, plantas, etc., referentibus, auctore *Colonnello* L. C. Viala de Sommières, Duce Neocastri, Gubernatore Provinciae Catharensis, principe Status majoris (Chef de l'état-major) secundae divisionis copiarum Illyricarum Rhacusae ab anno 1807-1813. Parisiis, 1820, Vol. II, in 8.

7. *Idem opus germanice editum.* Jenae, apud Brau, 1821.

8. *Angriff auf Montenegro,* i. e. De agro Labeatium adorto. Ephemerides historicae et politicae Leopoldi Ranke. Vol. II°, Fascicul. 2, pag. 279 et seqq. Operis: *Die letzten Unruhen in Bosnien*, i. e. Postremae Bosniae agitationes, 1820-1832.

9. *Kratchi Pogled na geographicesco statisticesco opissagne Çerne-Gore* (caracteribus servianis), i. e. Brevis intuitus geographico-statisticae descriptionis Agri Labeatium. Cettigne, 1835, a pag 42, in 8.

Hoc opusculum partem constituit Kalendarii quod quoque anno Cettigne editur nomine *Gerliza* (turtur) auctore Demetrio Milakowitsch rhacusino Nationis Secretario eleganti praelo a Russiae Imperatore Nicolao Rectori Petro II dono misso. Huic adjunguntur ex more quae sequuntur.

10. α) *Kratca istoria Çerne-Gore,* i. e. Brevis historia Agri Labeatium. Cettigne, 1836, a pag. 42, in 8.

11. β) *Kratca istoria Çerne-Gore*, i. e. Brevis historia Agri Labeatium. Cettigne 1837, a pag. 42, in 8.

Hoc anno edidit Gerliza Petronius Lujanowitsch, causa itineris Russiam versus laudati Milakowitsch.

Digitized by Google

12. γ) *Kratca istoria Çerne-Gore*, i. e. Brevis historia Agri Labeatium. Cettigne, 1838, a pag. 42, in 8.

Hae opellae exhibent per partes historiam Agri Labeatium.

13. *Reise und Reisebeschreibung*, i. e. Itinera et descriptio itinerum antiquorum et recentium temporum: collectio Operum praecipuorum de Geographia, Topographia, Statistica pertractantium data a doctore Eduardo Widemann Ephemeridum: *Ausländer*, et Doctore Hermanno Hauff Ephemeridum: *Morgenblatt* editoribus. Stuttgardiae et Tubingae, apud Cotta, 1837.

Undecima distributio offert historiam Agri Labeatium, inscriptam *Montenegro und die Montenegriner*, auctore Karadschitsch, quam itale vertit Abbas Nicolaus professor Negrelli numero sequenti. Opellam laudat diligentiae causa Henricus Stieglitz in Opere *Besuch auf Montenegro.*

14. *Cenni storici sul Paese*, i. e. Indicationes historicae de Agro Labeatium. V. Ephemerid.: *Rivista Viennese*, Fascic. V, mens. Maj, 1838. — Vindobonae, 1838, a pag. 165-190, in 8.

15. *Ein Besuch auf Montenegro von Heinrich Stieglitz*, i. e. Ager Labeatium visitatus ab auctore Henrico Stieglitz. Stuttgardiae et Tubingae, apud Cotta, 1841, p. LIV, 152, in 8.

Auctor Magistro suo Friderico Jacobs dicat opus in quo ornando usus est Codice Bibliothecae S. Marci superius enuntiato. Pars prima dat Historiam politicam loci, VII, LIV; altera *a*) Basar 3-25; *b*) iter Niegaschi et Zetinje versus 26-43; *c*) Vladika 44-49; *d*) Zetinje 50-108; *e*) Rietschka Nahia seu Commune 109-132; *f*) flumen et mare 133-141; *g*) Zernitza Nahia 142-152. Est Volumen XXI Collectionis *Reisen und Länderbeschreibungen.*

Digitized by Google

16. *Diploma di Giovanni Corner,* i. e. Diploma Johannis Cornelii Ducis Venetiarum quo anno 1717 quaedam privilegia incolis Agri Labeatium concessit.

Codex ms. chartaceus in 8. pag. 4 extat apud Doctorem Urbanum Raffaelli.

ANDETRIUM. (PTOLEM. Ανδεκριον, DION. CAS. Ανδεριον, TAB. PEUTING. ANDRETIUM). - it. CLISSA. - illyr. KLISS.

17. *Vittoria ottenuta.* i. e. Victoria relata ab armis Reipublicae Venetae (mense Martio anni 1648) in illustri facinore arcis Andetrii. Venetiis, per Josephum Leoni, 1648, in 4. Auctor est, G. F. D.

18. *Idem.* Venetiis et Romae, per Grignanum, 1648, in 4.

19. *Relazione dell' espugnazione,* i. e. Notitia expugnationis arcis Andetrii, auctore Domino Johanne Tommaso.

Codex ms. chart. extat in Biblioth. Semin. Venet.

ARGYRUNTUM. - it. OBROAZZO. - illyr. OBROVACZ.

20. *Litografia della via aperta,* i. e. Via patefacta Croatiae per montes Bebios.

Tabula a Mediolanensi Bertotti saxo descripta repraesentat solemnitatem populi argyruntini congregati. Sub extensis pannis adest Dalmatiae Gubernator De - Lilienberg: plurimi currus frequentant viam: hac illac joci populares. Inscribitur: *Patefactam Viam Bebiam Francisci Primi Imperatoris Optimi Onomastic. Anno* 1832. *Dalmatiae Moderator Populique Concelebrant.*

Digitized by Google

## Brattia. - it. Brazza. - illyr. Brač.

21. *D. Andrea Ciccarelli. — Osservazioni,* i. e. Domini Andreae Ciccarelli animadversiones in Insulam Brattiae et nobiles viros qui in ea sunt. Venetiis, apud Laurentium Baseggio, 1802, in 8.

Opus in duas partes divisum et plurimis documentis instructum dicatum est Excellentiae Libero Baroni Bukarina.

22. *Decreti pubblici, Terminazioni,* i e. Decreta publica, Terminationes, Privilegia et Indultus pro Communitate Brattie. Utini, apud Schiratti, 1656, pag. 152, in 4.

Dedicatio operis clarissimis Dominis Hieronymo et Vincentio fratribus Michieli. Materies (itale et latine) ordine chronologico a quodam Alexandri Magni privilegio ad privilegium Caroli Contareni anni MDCLV deducitur.

## Butua (Scil. et Steph. βουθον, tab. Theod. Batua) it. Budua. - illyr. Budua.

23. *Ordinazioni venete,* i. e. Quaedam Venetorum jussa relate ad Butuam.

Codex ms. chartaceus in 8. paginis undecim extat apud Raffaelli.

24. *Ducale del N. H. Girolamo Bembo,* i. e. Decretum Ducale Nob. Viro Hieronymo Bembo Praesidi urbi regendae Butuae.

Codex ms. membran. extat in Bibl. Semin. Venet.

Digitized by Google

## Catharus antea Ascrivium (Ptolem. Ασκρουιον) it. Cattaro. - illyr. Kottor.

25. *Catharus Dalmatiae Civitas in ecclesiastico et civili Statu illustrata a Flaminio Cornelio.* Patavii, Typis Seminarii, 1759, in 8. pag. 113.

Finis non ultimus Cornelii is fuit ut Ughellum in multis refutaret, in eisque suppleret quae, quoad Episcopos Cathari, in Ughello desiderantur, ut ex prooemio patet: « Episcopatum itaque Cathari » (quem Ughellus jejune admodum et levi calamo tractavit, urbi» busque Italiae utpote Barensi Archiepiscopo Metropolitae subjec» tum adnumeravit) illustrare placuit, nonnullos Episcoporum nomi» nibus adjectis, quae ex antiquis documentis seu ex vetustis etc. »

Huic jungitur: *Accedit Episcoporum Methonensium et Coronensium series expurgata,* quod opus nullo modo ad antecedens est referendum.

Adjunguntur etiam: *a*) Privilegia a Regibus Serviae Urbi et Nobilibus Civibus Cathari concessa; *b*) *Ea quae evenerunt inter Venetorum Rempublicam et magnificam Civitatem et Communitatem Cathari; c*) duo Carmina (aureo saeculo digna) in laudem Cathari a Ludovico Pasquali et Johanne Bona de Boliris conscripta.

26. *Statutorum Civitatis Cathari.*

Codex ms. membran. in folio, chartis 119 numeratis *verso* extat apud Matthaeum Capor Praesidem Civitati Corcyrae nigrae gerendae; seu, uti vocant, *Podestà.* Septendecim paginae ab initio continent Indicem 408 Capitum. Titulus singulorum capitum litteris rubris annotatur. Character, etsi romanus, quadrato est proximus. Exemplar aliquantulum usu attritum nullis scatet mendis. Litterae initiales fere omnes desiderantur, queis vacuum spatium relictum est.

Digitized by Google

27. *Statuta Civitatis Cathari.* Venetiis, apud Rubertum Mejettum, 1715, in 4.

Index litterarum ordine digestus indicat singulares rubricas statutorum, quem 24 paginis contentum excipit Index Rubricarum, partium captarum et capiendarum in Consiliis Cathari, duodecim paginis digestus. Statutorum et Legum Civitatis Cathari sunt Capita 440 : Partium captarum in Consiliis Catharinorum capita 40. Postremo sequuntur ea quae temporis successu evenere inter *Serenissimam Venetorum Rempublicam et magnificam Civitatem et Communitatem Cathari* anno 1420. Totum Opus, exceptis Indicibus et Prooemio, continetur tercentis quadraginta tribus paginis numeratis. Litterae sunt rotundiores. Si materiam spectes, parum differt a Codice membranaceo numero praecedenti citato.

28. *Chronicon Cathari ab anno* 1266-1338.

Codex ms. chart. extabat in aedibus nobilis Viri Manfredi de Comitibus Canonici Patavini Patavii V. Biblioth. Patav. manuscript. a Jacobo Philippo Tomasini editam, Utini, 1639, pag. 130, in 4.

29. *Descriptio Ascriviensis urbis per D. Joannem Bonam de Boliris Nob. Cathar. ad Heliam Zagurium concivem suum.*

Sunt 330 elegantiores versus exametri numero 14 citati : extant quoque in Historia Rhacusae a Seraphino Razzi itale scripta et Lucae anno 1595 edita apud Vincentium Busdraghi.

30. *Cronologia di Cattaro,* i. e. Chronologia Cathari auctore Comite Antonio Bisanti Catharino.

Codex ms. chart. in 8. paginis octo digestus Cathari apud Raffaelli extat.

31. *Statistisch-historisch-militärische Darstellung,* i. e.

Prospectus statisticus, historicus et militaris regionis quam vocant *Bocche di Cattaro*. Coloniae, 1808, in 8., pag. 148.

Militari potius sub aspectu quam statistico aut historico rem totam pertractat: quae autem offert de agro Labeatium sunt minus vera.

32. *Kratcha istoria* (characteribus Servianis) i. e. Brevis descriptio geographico-statistica situs quem vocant *Bocche di Cattaro*. Cettigne, 1839, in 8., a pag. 42.

Jungitur opellis numeris 9-12 citatis.

33. *Sulla dedizione di Cattaro*, i. e. De deditione Cathari, auctore Canonico Marco Ivanovich.

Opusculum ab auctore Imperatori Francisco II dicatum.

34. *Circa la presa di Cattaro*, i. e. De capta urbe Cathari ab Agarenis aut Saracenis, magno damno, anno 867.

Codex ms. chart. sex paginarum in 8. extat apud Raffaelli. Quae ibi annotantur desumuntur ex α) Georgii Cedreni Compendio Historiarum ex versione Willelmi Xylandri cum ejusdem annotationibus, Parisiis, ex Typographia Regia, 1647, Tom. II. c. 576, num. 286; β) Constantino Porphyrogenito Imperatore Romanorum ad Romanum filium de administrando Imperio c. 29; γ) Annalium Rhacusii lib. 1. c. 6. auctore Petro Leucario; δ) Regno Slavorum (itale) auctore Mauro Orbini in Capite 18 *Cuca Balza* c. 297; ε) Historiae manuscriptae de rebus dalmaticis auctore Dominico Zavoreo lib. 2; ζ) Johannis Lucii de regno Dalmatiae et Croatiae l. 1. c. 14., c. 49; η) Historiae Famil. Byzant. et Dalmat. J. Caroli du Fresne Domini du Cange capitulo de Regibus Serviae in Paulimiro Rege 16. c. 277; ϑ) Constantini Porphyrogenitae Imperatoris de Thematibus Imperii Orientalis. l. 2. c. XI. (Edit. Lugd. Batav. ex offic. Elscvir. 1517, cum notis Federici Morelii); ι) Historiae (itale) Regni Slavorum, auctore Mauro Orbini p. 180.



Digitized by Google

35. *Circa la presa di Cattaro,* i. e. De urbe Cathari a Venetis capta anno 1376.

Codex ms. chart. pagin. 3, in 8. extat apud Raffaelli. Omnia desumuntur ex 1) Chronicis Venetis Mss. Raphaini de Curesinis quae reperies una cum Annalibus Andreae Danduli Ducis; 2) Historiae Venetae Mss. (itale) Johannis Jacobi Caraldo Secretarii Consilii *a decem* dicti lib. X; 3) Chronicis Venetis Mss. (itale) ab urbe Venetiarum condita ad Ducem Antonium Grimani; 4) Blondi Flavii Hist. Decad. 2. lib. X; 5) Historiae Venetae Marci Antonii Coccei Sabellici Decad. 2. lib. 5; 6) Descriptionis (itale) urbis Venetiarum auctore Francisco Sansovino, lib. 8. pag. 348; 7) Ditioribus fodinis (itale) picturae venetae, auctore Marco Boschini, Venetiis, 1674, apud Franciscum Nicolini fol. c. 41; 8) Factis illustribus Reipublicae in Aula Scrutinii depictis, auctore Francisco Gradonico, Venetiis, 1594.

36. *Restitutio Cathari per Venetos Regi Hungariae* anno 1381, 16 Aug. ex regesto Doctoris Diphnici.

Codex ms. chart. pag. 6, in 8. extat apud Raffaelli.

37. *Ducale del Doge Marin Grimani,* i e. Decretum Ducale Ducis Marini Grimani Johanni Marco da Molin Provisori Cathari.

Codex ms. membr. in 8. extat in Bibl. Sem. Venet.

38. *Orazione fatta a nome dell' Università,* i. e. Oratio nomine Universitatis Catharensis Illustrissimo Johanni Marco Molin Rectori et Provisori Cathari dicta anno 1604, in 8.

Codex ms. chart. in eadem Bibliotheca.

39. *Ducale di Leonardo Donà,* i. e. Decretum Ducale Leonardi Donà Hieronymo da Molin Provisori Cathari.

Codex ms. membran. in 8. extat in Biblioth. Sem. Venet.

Digitized by Google

40. *Repertorio di tutti gli Atti del Foro di Cattaro*, i. e. Regesta omnium Actuum Fori Cathari.

Codex ms. chart. pluribus voluminibus digestus auctore N. Bisanti.

41. *Stemmi di* 84 *famiglie*, i. e. Stemmata Familiarum illustrium Cathari numero octoginta quatuor.

Plura folia in 8. atramento delineata extant apud Raffaelli.

42. *Memorie spettanti*, i. e. Commentaria aliquot virorum illustrium Cathari auctore P. Francisco Maria Appendini Scholarum Piarum. Rhacusae, apud Antonium Martecchini, 1811, pag. 80, in 8.

43. *Marinovich Joseph.—Elegia in obitu Clariss. Viri Triphonis Urrachien*, Nob. Catharensis et Sereniss. Venetorum Reipublicae Jurisconsulti.

Sunt disticha sex supra septuaginta, in quibus facilitas et lepor desiderantur.

44. *Circa la morte*, i. e. De morte a Catharinis Dragimiro Regi in Insula S. Gabrielis data.

Codex ms. chart. pagin. 3 in 8., apud Raffaelli depromptus ex α) Historia Regni Slavorum, Presbytero Diocleate auctore, una cum Joannis Lucii de regno Dalmatiae et Croatiae edita Amstelodami; β) Annalium Rhacusae (itale) auctore Mauro Orbini c, 225, Pisauri, apud Hieronymum Concordia, 1601.

45. *Notizia dei Vescovi*, i. e. Notitia Episcoporum Catharensium.

Extat in Cod. ms. chart. LXII fol. Cl. XI Biblioth. S. Marci Venet.

Digitized by Google

46. *Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Stephani Paulovich Lucich Episcopi Catharensis Epistola Pastoralis ad Saecularem et Regularem Clerum Dioeceseos suae.* Vindobonae, Typis Viduae Antonii Strauss, 1828, pag. 38, in 8.

47. *Leggenda di S. Trifone,* i. e. Legenda Vita S. Triphonis Martyris Protectoris Cathari.

Codex ms. chart. in 8. a Nobili Familia Catharina de Saraeenis jure haereditario ad Nobilem Familiam, pariter Catharinam, Bisanti, hinc ad Morandi, demum ad Raffaelli devenit. Sex paginae a principio vacuae. Septimae inscribitur stemma bipartitum Familiae Bisanti. Octava vacua. Nona picta repraesentat S. Triphonem palmam Martyrii dextra gerentem, et urbem Cathari laeva. Paginae 10-12, vacuae. Primae supra vigesimam haec inscripta sunt: 1466 *a'dì* 8 *de Marzo Comenza in lo seguente libro, lezenda de Misser San Triphon Martire confalon et Protector della cittade de' Cattaro.* Textus vigesimae secundae incipit I initial. cum depicto serpente. Paginae viginti quatuor hac illac in libro figuris ridicule pictis vitam S. Triphonis referunt. Pagina ultima finit: *Completo hè questo libro al honore de' Dio et de' Misser San Triphon* 1466 *a* 16 *de' Marzo et complito.*

48. *Vita di S. Trifone,* i. e. Vita S. Triphonis. Poema 24 libris octonis versibus (*ottava rima*) digestum, auctore Ludovico Pasquali.

Familia Pasquali, apud quam delitucrat, dedit chartaceum hunc Codicem Domino Antonio Raymundo Doctori Stefani Canonico Cathedralis Ecclesiae Cathari.

49. *Offitium S. Triphonis Martyris Civitatis Catharensis Patroni omnia ejus Vitae miracula ac Martyrii certamina continens etc.* Impressum Venetiis in aedibus Hiero-

Digitized by Google

nymi Calepini Prisciani cum auctoritate et concessione Reverendissimi Domini Episcopi Catharensis Lucae Bisantii, cura et impensis Domini Petri Grubogniae Archidiaconi et Hieronymi Bucchiae Canonici dictae Ecclesiae Anno Domini MDLXI, die vero XXX mensis Decembris.

Officium hoc cum Lectionibus Diei et Octavae propriis scripsit quidam Ecclesiae Cathedralis Catharensis Vicarius Bisanti, quod tamen Romana Rituum Congregatio non sancivit. — Officium integrae Octavae excipit illud Translationis Corporis S. Triphonis, de quo dies festus tantum hic habetur. Tandem Officium Translationis Capitis (in Sacrario Ecclesiae Cathedralis Catharensis asservati) S. Triphonis.

50. *Circa la traslazione,* i. e. De translatione corporum SS. Petrii, Laurentii et Andreae Martyrum Catharinorum Rhacusae anno 1251 habita.

Codex ms. chart. pag. 6, in 8. desumptus est ab Historiae Seraphini Razzi Lucae editae per Vincentium Busdraghi 1595, lib. 1. c. 17 ch. 35.

51. *De B. Gratia Catharensi.*

Codex ms. chart. pag. 3 in 8. apud Raffaelli dat exemplum desumptum ex Annalibus Illyrico-latinis Ecclesiasticis Illustrissimi et Reverendissimi Domini Andreae Zmajevich Archiepiscopi Antibarensis et Scriviae Primatis et in Vol. Illustrissimi et Reverendissimi Domini Marini Draghi Episcopi Catharensis restitutis sub die 22 Aprilis 1691.

52. *Effectus divinae gratiae in quo religiosae perfectionis norma panditur Sereniss. Principi Aloysio Contareno Venetiarum Duci totique Reipublicae consecratus,* nempe vita et miracula Beati Gratiae Catarrhini Ord. Eremit. S. P. Augustini, Congreg. Deiparae V. Mont. Orth. Pro-

Digitized by Google

fessi de observantia, prosa et metro reducta in Compendium Panegyricum per Fr. Elisaeum a Jesu Maria, Polonum de Melodinino, ejusd. Ord. S. Theol. Professorem. Anno Salut. (ut in Crono-distico: *Dux* Henetis ALoIIsI Contareni MInerVa es; Perge pIIs), Venetiis, apud Dominicum Milocum, 1677, pag. 158 numeratae.

Capita quatuordecim (1-131) prosa oratione exhibent vitam et miracula B. Gratiae; caput decimumquintum (132-134) Anacephaleosim Vitae; capita decimumsextum et decimumseptimum (135-158) elogia per epigraphes et epigrammata tredecim.

53. *Ludovicus Cerva.* Versio itala latini Commentarii Scriptoris anonymi de vita B. Hosannae Catharensis ex Monasterio S. Dominici.

## Cittluch.

54. *Fondra Lorenzo - Cittluch conquistato*, i. e. Fondra Laurentius. Expugnatio Cittluch et defensio in pugna (campagna) anni 1694, una cum aliis expugnationibus in Dalmatia factis vi armorum Reipublicae Venetae sub imperio Danielis Delphini IV. Augustae Vindelicorum, apud Hadrianum Vestenant, 1695, in 12.

## Corcyra Nigra quae et Melana seu Curçula aut Curzula (Agathem. η Μελαινα Κορκυρα, Ptolem. Κορκυρα η Μελαινα). - it. Curzola. - illyr. Korçola.

55. *Statuta Communis Curzulae.*

Codex ms. membran., in 4. apud Capor, Saeculo XIII ad finem vergente scriptus caracteribus gothicis cum aliquibus litterarum

Digitized by Google

compendiis in inscriptione Capitum litteris rubris distinguitur. Quatuor primae paginae continent Catalogum in CLIV. Capita divisum, Pagina subsequens Crucifixum cum Maria Virgine male depictum repraesentat. Textus sic incipit: *Haec sunt statuta et ordinamenta communis et hominum civitatis et insulae Curçulae facta edita composita et autenticata per Majus et generale consilium ejusdem Civitatis et insulae. In millesimo Ducentesimo Quartodecimo Indictione secunda et diebus infra dictum annum currentibus.* Paginae ultimae inscribitur: *In pleno et generali consilio civitatis et insulae Curçulae quoadunato in ecclesia* (*extat adhuc*) *omnium Sanctorum* 1428 *Ind. VII. die* 9. *Mensi Januar:* ad extremum comminatio in violantes statuta.

56. *Liber Legum ac Statutorum Civitatis et Insulae Curzulae* jussu Illustriss. Excellentissimi p. D. Jo. Baptistae Grimano Provis. Generalis Dalmat. et Alban. typis editus. Ducante Sereniss. D. Francisco Ericcio Venetiarum Principe, atque Vigili instante comitatu Illustrissimi D. Friderici Molino. Venetiis, ex typogr. Ducali Pinelliana, 1693, in 4.

Praecedit Index, paginis decem non numeratis digestus. Statuta foliis quadraginta quatuor numeratis recto digeruntur. Indicem Reformationum paginis quatuordecim non numeratis comprehensum excipiunt Reformationes paginis numeratis 119. Quaedam adduntur in fine una cum tabula aere sculpta referenti tres Protectores Civitatis Curzulen (*sic*).

57. *Ducale di Francesco Donato,* i. e. Decretum Ducale Francisci Donato Pandulpho Valaresso Comiti Corcyrae Nigrae.

Codex ms. membr. extat in Bibl. Semin. Venet.

58. *Petri Barnabae Ferri. I. C. Commentarius in Monumentum Arusianum.* Extat in *Calogerà Raccolta d'opu-*

Digitized by Google

*scoli scientifici, ec.* Venetiis, Occhi, 1753, Vol. 49, pag. 439-450, in 8.

Opellam dicavit Ferrius Didaco Arboscellio de Bianchis in qua monumentum exponit Corcyrae Nigrae, quod apud Sponium legitur.

## Dalmatia. - it. Dalmazia.

59. *Johannis Lucii de Regno Dalmatiae et Croatiae libri sex.* Amstelodami, apud Johannem Blaev, 1668, in fol.

In sex libros dividitur, 1-286. Credibile est hunc librum editum fuisse Francofurti, excepto titulo. In eodem Volumine sunt *a*) Rerum Dalmaticarum Scriptores nondum impressi cum notis Johannis Lucii 287-468. Sunt autem *α*) Presbyteri Diocleatis Regnum Slavorum 287-302, *β*) Regum Dalmatiae et Croatiae gesta a Marco Marulo latinitate donata 303-309, *γ*) Thomae Archidiaconi Spalatensis Historia Salonitanorum Pontificum atque Spalatensium 311-370, *δ*) Michae Madii Historia Spalatensis 371-380, *ε*) Tabula Historiarum de gestis civium Spalatensium 381-386, *ζ*) Obsidionis Iadrensis libri duo 387-422, *ϑ*) Memoriale Pauli de Paulo Patritii Iadrensis 423-438, *η*) Johannis Lucii Notae ad historiam Presbyteri Diocleatis Regum Slavorum 439-459, *ι*) Appiani Alexandrini Rom. Hist. de bellis illyricis, Stephano Gradio patritio rhacusino abbate Bibliothecae Vaticanae Custode interprete 460-468.

*b*) Johannis Lucii Notae ad Histor. Thomae Archid. Spalat. 469-474.

*c*) Index Rerum notabilium. Sunt quatuor Indices in Lucium, Scriptores, Notas.

60. *Lucio Giovanni. Historia,* i. e. Lucii Johannis Historia Dalmatiae, praesertim autem Tragurii, Palatii et Sibenici. Venetiis, apud Stephanum Curti, 1674, in 4.

Sub fine adduntur: *a*) Inscriptiones Dalmaticae; *b*) Notae ad

Digitized by Google

Memoriale Pauli de Paulo; *c*) Notae ad Palladium Fuscum; *d*) Addenda vel corrigenda in opere de regno Dalmatiae et Croatiae; *e*) Variae Lectiones Chronici Hungarici ms. cum editis Venetiis 1673 typis Stephani Curti. — In fronte aliquo Exemplarium hujus Editionis legitur tantum: *Historia Tragurii.*

61. *Marcus Marulus. Commentarium de Regibus Dalmatiae et Croatiae.* Extat in opere supra citato.

62. *Chronicon Dalmatiae et Salodiae*, scripta (*sic*) per D. Martinum de Sebenico in Conventu S. Crucis de Tragurio, Anno MCCCCLXXXIX, die 14 Octobris, A. 14.

Codex ms. chartac. extabat in Bibliotheca Fratrum Conventualium Caenobii S. Ursulae, mille passibus a Patavio, quo injuria temporum diruto, sum nescius ubi Codex hic cum tota Biblioth. nunc reperiatur. Incipit autem: *Dalmatia secundum Isidorum.* V. Biblioth. Patav. Ms. a Jacobo Philippo Tomasino, Utini, 1639, pag. 70, in 4.

63. *Gesta Regum Croatiae et Dalmatiae scripta a Marco Mauro* MDX. Finit sic: *hujusque Historiam vernaculo gentis nostrae sermone compositam vidi.*

Codex ms. chart. in 4. extabat in eadem Biblioth. *V.* Tomasinum in opere citato.

64. *Relatione di Dalmazia*, i. e. Notitia Dalmatiae auctore Petro Aretio.

Codex ms. chart. extat in Biblioth. Reginae Sveciae in Vatican. *V.* Montfaucon, Bibl. Bibliothec. V. 1. p. 60.

65. *Padre Filippo Riceputi*, i. e. Patris Philippi Riceputi, De rebus Dalmatiae.

Codex hic quinque Voluminibus in folio Romam traductis et



Digitized by Google

postmodum Roma ad Canonicum Johannem Josephum Paulovich-Lucich Macarensem missis, quod mente conciperet Historiam Dalmatiae in lucem emittere, ad Farlattum devenit, qui ex professo per Dalmatiam iter instituit ut notiones pro suo Illyrico sacro hac illac sumeret. Ubi hodiedum extet Codex nescio.

66. *Cerva Lodovico,* i. e. Cerva Ludovicus vulgo Cervarius Tubero Historiam suorum temporum in XI libros digessit, a morte Matthiae Corvini (1490-1522).

Ea praesertim de Dalmatia enarrat Auctor quae evenerunt in provinciis subditis Hungariae et Turcis, et quae celebriora apud caeteras nationes. Cerva veri nominis historicus dici potest et styli cultioris amans. Ab hoc Codice, qui modo extat Rhacusae apud Patrem Thomam Ciullich ex Provincia Franciscanorum ejus urbis hausit Cerva opus de origine Turcarum et alterum de origine Rhacusae, quae apud eundem anecdota asservantur.

67. *Tubero Cervarius Ludovicus. Commentaria de rebus quae temporibus ejus gestae sunt.* Libri sex priores (quinque tantum), Florentiae, 1490, in 4.

68. — Eadem, libri XI, Francofurti, 1603, in 4.

69. — Eadem cum notis, Rhacusii, Occhi, 1784, Vol. II, in 8.

70. *Zibaldone sulla Dalmazia,* i. e. Diversorum de Dalmatia ad Historiam Dalmatiae conscribendam.

Codex ms. chart. ex Bibliot. Laurentii da Ponte ad Petrum Gradonicum, hinc ad Johannem Antonium Canonicum Moschini, demum ad Biblioth. Semin. Venet. devenit.

71. *Storia civile ed ecclesiastica,* i. e. Historia civilis et ecclesiastica Dalmatiae, Croatiae et Bosniae in duodecim li-

Digitized by Google

bros compendio redacta et gloriosae Veneto-Dalmaticae Nationi dicata. Venetiis, 1772, Vol. III, in 8.

Auctor est Pater Johannes Antonius Bomman ex Caenobio S. Francisci *della Vigna* Venetiarum. Opus editum per subscriptiones. In fronte primae paginae sunt tria stemmata Dalmatiae, Croatiae et Bosniae. Unumquodque Volumen in quatuor libros dividitur. Primo Volumini adjungitur: *Tabula Illyrici universalis et hodierni.* Haec Historia parvi facienda ob desiderium documentornm et perspicuitatis in stylo.

72. *Michele Milliscich,* i. e. Historia Dalmato-Slavorum auctore Michaele Milliscich.

Auctor vita functus anno 1798 octoginta septem annos natus.

73. *Dalmazia e Levante, Relazione,* i. e. Notitia Dalmatiae et orientalis regionis auctore Andrea Justiniano an. MDLXXVI.

Codex ms. chart. extat in Bibl. Sem. Venet.

74. *Trattato della Dalmazia,* i. e. De Dalmatia tractatus.

Codex ms. chart. asservatur in Biblioth. Thomae Phillips num. 2333. Middlchill (Worcestersh in Anglia).

75. *Lettera del sig. Pietro Nutrizio,* i. e. Epistola Petri Nutritii Grisogono Comiti Rados Antonio Michaeli Vitturi auctori dicto Speciminis epistolaris de Republica Dalmatiae. Venetiis, per Johannem Baptistam Casali, 1777, pag. XXX, in 4.

76. *Osservazioni in difesa,* i. e. Animadversiones quibus Rados Antonius Michieli Vitturi suum tutatur *Specimen epi-*

Digitized by Google

*stolare* contra Epistolam Petri Nutritii Grisogono. Venetiis, Typis Coleti 1779, p. 68, in 8.

Opellam dicat Auctor Petro Equiti Zeno Procuratori.

77. *Memorie historiche,* i. e. Commentarium historicum et geographicum Dalmatiae auctore D. Casimiro Freschot Provinciae Benedictinorum. Bononiae, per Jacobum Monti, 1687, in 12.

Opus in tres partes dividitur, quarum prima in quatuor Sectiones, scilicet *a*) de Dalmatia in genere; *b*) de Regibus LXI. Dalmatiae Meridionalis, Serviae etiam dictae, et de successibus eorum Regnorum; *c*) de Regibus XVIII et Regno Dalmatiae Septentrionalis et Croatiae; *d*) de conditione urbium maritimarum imperialium Dalmatiae. Pars altera habet Commentarium geographicum Dalmatiae, in quo littus hungaricum a Flumine ad Sign, et illud Epiri turcicae ab Antibari ad Alexium usque describitur. Tertia pars de insulis illyricis agit.

78. *Saggio epistolare sopra la Republica della Dalmazia,* i. e. Specimen epistolare de Republica Dalmatiae auctore Rados Antonio Michieli Vetturi. Venetiis, Coleti, 1777, in 8.

79. *Topografia Veneta,* i. e. Topographia Veneta vel Descriptio Status Veneti juxta probatissimas notitias et descriptiones Provinciarum peculiarum Status maritimi et interioris quem dicunt *Terra ferma.* Venetiis, 1787, per Johannem Mariam Bassaleam, Volumina IV, in 8.

Auctor hujus Operis est Vincentius Formaleoni impressor et librarius venetus, qui, ut facilius et majori pretio librum divenderet, iterum et tertio immutavit titulum. Primus titulus: *Compendio della Storia generale de' Viaggi* i. e. Compendium Historiae generalis Itinerum quod est Appendix Operis Domini de la Harpe, Venetiis,

Digitized by Google

1786. Apud Vincentium Formaleoni. Quatuor Volumina dant processum Operis a XXXIX, ad Vol. XLII, Secundus titulus: *Descrizione Geografica storica e fisica dell' Italia* i. e. Descriptio geographica historica et physica Italiae juxta notitias recentiores Itinerantium diligentiorum et instructiorum tum nationalium tum exterorum. Venetiis, 1786. Apud Vincentium Formaleoni. Tertium titulum apposui in exponendo Opere quod sub eo magis a legentibus cognoscatur.

In primo Volumine Prooemium de Italia I-XXXIX. excipit Introductio XLI-LX, quae levi tractu Topographiam Ducatus Veneti exhibet. Agitur in hoc Volumine de 1) Insulis Sinus Flanatici (*Golfo del Quarnero*) α) Cherso et Ossero 1-108, β) Arbe 109-137, γ) Veglia 138-164, δ) Pago 165-177, 2) Comitatu Jaderae 178-240. Volumen continet tres tabulas *a*) geographicam Sinus Flanatici pag. 1. *b*) iconographicam Urbis Ossero pag. 22, *c*) foeminae ornatae (Scogliana) juxta morem insularum Canalis Jaderae p. 184.

Secundum Volumen pertractat de 1) Comitatu Aenonensi et Regione Novigradensi 1-12, 2) Comitatu Knin 13-43, 3) Comitatu Sibenicensi 44-72, 4) Comitatu Traguriènsi 73-103, 5) Comitatu Spalatensi 104-135, 6) Regione Sign 136-277, 7) Regione Onoensi 178-187, 8) Primorie, Vergoraz et Narona 188-240, 9) Regione Imotensi 241-247, 10) Comitatu Curzulensi 248-252, 11) Comitatu Phariensi 253-268, 12) Insula Brattiae 260-285, 13) Morlacchis 286-303. Adduntur Tabulae binae, prima Dalmatiae et Orientalis partis quam dicunt *Levante*, altera Regionis Sign; praeterea Iconographia morum Morlacchorum.

Tertium Volumen de *a*) regione Catharensi 1-16, *b*) Insulis graecis (*Levante veneto*) 17-82, *c*) Provincia Istriae 83-139, *d*) Terra continenti (*Terra ferma*) et Ducatu (*Dogado*) veneto 140-303, pertractàt. Habentur hic prospectus urbium Cathari, Neocastri et Corcyrae, qui in plurimis exemplaribus desiderantur.

Quartum Volumen pertractat de α) regione patavina 1-25, β) rhodigina (*Polesine*) 26-40, γ) veronensi 41-72, δ) vicentina 73-93, ε) brixiana 94-141, ζ) bergomensi 141-154, η) tarvisina 154-

Digitized by Google

168, ϑ) conelianensi 169-185, ι) bassanensi 185-190, χ) feltriensi 190-199, λ) cadubriensi 199-202, μ) carnica 202-206, ν) forojuliensi 206-235.

In hoc Opere omnia ad acum pertractantur. Maxima pars eorum quae referuntur ab itinere Abbatis Alberti Fortis per Dalmatiam desumpta sunt, unde effectum est ut diligentius et fusius pars historico-naturalis quam caeterae pertractaretur. Immo ex citato opere omnes hauserunt qui postmodum de Dalmatia aut generatim aut partim scripserunt.

80. *Compendio dell' Istoria*, i. e. Compendium Historiae civilis Dalmatiae auctore P. Johanne Rossignoli Nobili viro traguriensi. Tarvisii, 1780, apud Julium Trento, pag. 64, in 4. majori.

Iungitur quoque Operi Petri Nutritii Grisogono: *Notizie per servire alla storia naturale della Dalmazia.*

81. *Memorie per la Storia*, i. e. Commentaria ad Historiam Dalmatiae conscribendam, auctore Johanne Kreglianovich Albinoni. Jaderae, 1809, per Antonium Aloysium Battara, Volum. II, in 8.

Opus Proregi Italiae Eugenio Napoleoni dicatum. Primum Volumen paginis 347 digestum in quinque Epochas dividitur, quas anteit Tractatus de Liburnis pag. 1-44. Plerumque in Opere retulit a Lucio et Pharlato dicta.

82. *Giovanni Cattalinich. Storia della Dalmatia*, i. e. Historia Dalmatiae auctore Johanne Cattalinich I. R. *Maggiore* emerito. Jaderae, Typis Fratrum Battara, 1834-35, Volum. III, in 8.

Opus dicatum Excellentiae Wenceslao Wetter Comiti de Lilienberg, et per subscriptiones editum.

Primum Volumen dividitur in tres libros, quorum primus de

Digitized by Google

Dalmatia a remotiori antiquitate usque ad finem Gentii Regis Illyricorum (an. 168 ante Christum natum) 1-117; alter de Dalmatia post occasum regni illyrici usque ad tempus quo in romanam provinciam redacta est 123-206; tertius de Dalmatia a tempore quo Imperio romano addicta fuit usque ad eversionem Salonae, scilicet ab anno aerae communis usque ad annum DCXXXIX, 211-292.

Secundum Volumen continet *a*) finem tertii libri 5-43, *b*) quartum librum a prima Barbarorum irruptione in Imperium romanum usque ad eversionem Salonae, nempe ab anno tercentesimo septuagesimo septimo aerae communis, sub imperio Valentis, usque ad annum sexcentesimum tricesimum nonum sub Heraclio 45-130, *c*) quintum librum ab eversione Salonae usque ad tempus quo Colomanus Rex Hungariae coronam, qua Rex Dalmatiae, sumpsit Albae Graecae maritimae anno MCII. 131-264, *d*) sextum a dominio Regum Hungarorum in Dalmatia sub Divo Ladislao usque ad eversionem Reipublicae venetae, scilicet ab anno MXCI-MDCCLXLVII 265-287.

Libri sexti continuatio et finis partem Voluminis tertii occupant 5-181. Sub fine Voluminis exhibetur Tractatus Historiae Naturalis Dalmatiae 183-209, in quo quam diligentissime prospectus offertur situs, directionis finium, nec non montium, agrorum, fluminum, lacuum, stamnorum.

In desiderio est quartum Volumen quod, ut jamdiu idem Cattalinich promisit, dabit Historiam Dalmatiae ab eversione Reipublicae venetae ad nos usque. Plura sunt sphalmata typographica: ea de re ad calcem tertii Voluminis satis amplum *Errata Corrige* profertur.

83. *Voyage d'Italie*, i. e. Iter per Italiam, Dalmatiam, Graeciam et Orientem annis MDCLXXV et MDCLXXVI a Jacobo Spon et Georgio Wheller institutum, Vol. III, in 16. quibus additur Volumen (Supplementum ad Volumen secundum) inscriptum: *Inscriptiones antiquae* citatae in Volumine secundo ad quod referuntur, una cum Tabulis Inscriptionum. Lugduni, apud Antonium Cellier, 1678, in 12.

Digitized by Google

84. *Viaggio di Mons. Spon,* i. c. Iter Domini Spon per Dalmatiam, Graeciam et Orientem a D. Casimisiro Freschot a gallico in italum idioma versum et Ludovico Boccaferri dicatum, Bononiae, apud Jacobum Monti, 1688 in 12.

Opus idem ac antecedens. Praepropero gradu excurrit auctor Iaderam, Sibenicum, Tragurium, Palatium, Salonam, Andetrium, Phariam, Corcyram nigram 6-34; post haec de Corcyra, de reliqua Graecia et de Oriente agit. Liber magni faciendus quod exhibeat statum locorum qui Auctoris tempore fuit.

85. *Voyage de Dalmatie, de Grece et du Levant,* i. e. Iter per Dalmatiam, Graeciam et Orientem auctore Wheller cum nummis et figuris antiqua monumenta illustrantibus, descriptione morum, urbium, fluminum, maris tractuum, uno verbo, eorum quae iis in locis admiratione magis commendantur, ex anglica in gallicam linguam versum. Ultrajecti ad Rhenum 1682, Vol. II, in 12.

86. *Idem.* Amstelodami, apud Johannem Wolters, 1689-1692, in 12.

87. *Idem.* Hajae, 1723, in 8.

Unumquodque Volumen in tres libros dividitur.

88. *A Journey in to Dalmatia,* i. e. Georgii Wheller itineris per Dalmatiam Graeciam et Orientem Libri sex (Versio). Londini, apud G. Cademan, 1682, in fol.

89. *Viaggio in Dalmazia,* i. e. Iter per Dalmatiam ab Abbate Alberto Fortis susceptum et descriptum. Venetiis, apud Aloysium Milocco, 1774, Vol. II, in 4.

Volumen primum tabulis geographicis et Historiae naturalis instructum constat paginis 108. Habet autem observata *a*) de Comi-

Digitized by Google

tatu Jaderae 1-42, *b*) de moribus Morlacchorum 43-105, *c*) de cursu fluminis Kerka, 107-142, *d*) de Comitatu sibenicensi 133-177. Huic primo Volumini additur: *Iter Buda Hadrianopolim anno MDLIII exaratum ab Antonio Venantio Sibenicensi* (latine) III-XLVII.

Volumen secundum paginis 204 habet de *α*) Comitatu Traguriensi 1-28, *β*) Comitatu Spalatensi 29-60, *γ*) cursu fluminis Cettinae 61-104, *δ*) Primorie seu Parathalaxia Antiquorum 105-160, *ε*) Insulis Issae, Pelagosae, Phariae et Brattiae, nec non Arbe in Sinu Flanatico 161-204.

90. *Fortis Reise in Dalmatien,* i. e. Fortis, Iter per Dalmatiam. Bernae, apud Societatem typographicam, 1776. Vol. II, in 8.

Vol. I. pag. 266. II, pag. 184, cum tab. aen. 16. In hac editione et Iter Verantii et una mappa geogr. omissa fuerunt.

91. *Travels into Dalmatia,* i. e. Itinera per Dalmatiam per Epistolas descripta cum annotationibus ad insulas Chersi et Osseri. Londini, 1778, in 4.

92. *Voyage en Dalmatie,* i. e. Iter per Dalmatiam ab Abbate Alberto Fortis susceptum et descriptum. Bernae, apud Societatem typographicam, 1778, Volum. II, in 8. cum figuris. — Opus in Epistolas digestum.

Primum Volumen paginis 248 quatuor continet Epistolas *a*) primam de Comitatu Jaderae in octodecim paragraphos distributam Domino Jacobo Morosini Nobili Veneto 1-64; *b*) alteram de moribus Morlacchorum in sexdecim paragraphos Domino Comiti de Bute Anglo 65-149; *c*) tertiam de cursu Kerkae in novem paragraphos Domino Antonio Vallisnieri Professori Historiae Naturalis in Universitate Patavina 152-185; *d*) quartam de Comitatu sibenicensi in undecim paragraphos Abbati Gabrieli Brunelli Professori Historiae Natu-



Digitized by Google

ralis in Instituto Bononiensi 186-246. Undecim adduntur tabulae vel geographicae, vel topographicae, vel prospectus, vel morum regionis.

Secundum Volumen paginis 276 continet quinque Epistolas $\alpha$) primam in octo paragraphos Domino I. I. Ferber Assessori Collegii fodinarum Suediae, de Comitatu Traguriensi 1-28; $\beta$) alteram de Comitatu Spalatensi in septem paragraphos Domino Johanni Strange Residenti Brittanico apud Rempublicam Venetam 39-80; $\gamma$) tertiam de cursu Cettinae in duodecim paragraphos Domino Johanni Marsili Professori Botanices in Universitate patavina 81-141; $\delta$) quartum in septem paragraphos de Primorie vel regione Parathalaxia Antiquorum Domino Friderico Heyvey Anglo Episcopo Londonderry et *Pari,* uti dicunt, Hyberniae 142-219; $\varepsilon$) quintam Abbati Lazaro Spallanzani Professori Historiae Naturalis in Universitate ticinensi, in quatuor paragraphos, de Insulis Issae, Pelegosac, Phariae et Brattiae in mari Dalmatico et de Insula Arbe in Sinu Flanatico 220-292. His adduntur sex tabulae Historiam naturalem, geographiam, mores spectantes.

93. *Osservazioni di Giovanni Lovrich* i. e. Observata a Johanne Lovrich in partes quasdam itineris per Dalmatiam ab Abbate Alberto Fortis instituti. Opus Excellentiae Maffaeo Albrizzi dicatum. Venetiis, apud Franciscum Sansoni, 1776, in 4. maj.

Auctor ad civilem et moralem potius, quam naturalem historiam respexit.

Extant autem *a*) Tabula cursum Cettinae describens cum tractatu de cursu Cettinae in undecim paragraphos distributo 9-66; *b*) Mores Morlacchorum in septem supra viginti paragraphos 67-222; *c*) Vita Socivicze 223-260.

94. *Sermone parenetico di Pietro Sclamer*, i. e. Sermo paraeneticus Petri Sclamer (Fortis) Chersensi Domino Johanni Lovrich ex Sign in Morlacchia, auctori observato-

Digitized by Google

rum ab eo in iter per Dalmatiam ab Abbate Alberto Fortis institutum. Mutinae, apud Societatem typographicam, 1776, pag. 29, in 4.

95. *Lettera apologetica*, i. e. Epistola apologetica Johannis Lovrich Domino Antonio Lorgna, qua refutantur censurae in observata a Lovrich super partibus itineris Abbatis Alberti Fortis, 1776, pag. 15, in 4.

96. *L'Abate Fortis al sig. Giovanni Lovrich* i. e. Epistola Abbatis Fortis Domino Johanni Lovrich. Brixiae, per Franciscum Ragnoli, 1777, pag. VIII, in 4.

Articulis numero viginti refutat Fortis quidquid Lovrich contra ejus per Dalmatiam iter scriptitavit.

Verba asperiora quibus in duabus citatis opellis usus est Fortis adeo Lovrich maerore affecerunt ut pulmonum tabe pauco post tempore obierit.

97. *Beschreibung einer Reise*, i. e. Descriptio itineris per Histriam et Dalmatiam, praesertim relate ad Botanicam, cum Praefatione H. D. Hoppe. Norimbergae, 1805.

98. *Viaggio nella Dalmazia*, i. e. Iter per littora Dalmatiae, 1809, pag. 100, in 8.

Opusculum ab auctore Jacobo de Concina Utinensi Generali *divisionario* Broussier dicatum in Epistolis viginti duo dividitur, 7-90, quibus Annotationes subjunguntur 91-100.

99. *Viaggio di S. M. Federico Augusto*, i. e. Iter Majestatis Friderici Augusti Regis Saxoniae per Dalmatiam. Jaderae, ex Typographia Fratrum Battara, pag. 24, in 12.

Itinerarium duntaxat, nulla addita peculiari notitia.

Digitized by Google

100. *Relazione del viaggio fatto nella primavera*, i. e. Notitia itineris vere anni MDCCCXXXVIII a Friderico Augusto Saxoniae Rege per Histriam, Dalmatiam et Montem Scodrensem institutum, auctore Doctore Bartholomaeo Biasoleto plurium Societatum academicarum membro. Tergesti, apud H. F. Favarger Bibliopolam. Typis Weis, 1841, pag. 264, in 8.

Notitiae itineris 1-202. *Plantae in itinere S. C. R. M. Friderici Augusti Saxoniae Regis per Histriam, Dalmatiam et montem Scodrensem mensibus Majo et Junio* 1838 *lectae, ordine alphabetico dispositae.*

Narratio ea ad rationes praecipue botanicas refertur. Opus quinquaginta dierum spatio auctor complevit, unde aliquando in locis determinandis non ita diligens.

101. *Auszug übersetzt und mit Anmerkungen*, i. e. Idem opus in compendium redactum et illustrationibus instructum auctore Eugenio Libero Barone de Gutschmid. Dresdae, 1842.

102. *Di Cassas, Viaggio*, i. e. Di Cassas. Iter historico-pictorium Histriae et Dalmatiae. Parisiis, 1802.

103. *Itinerario portatile*, i. e. Itinerarium manuale Histriae et Dalmatiae, vel Descriptio in compendium redacta Histriae et Dalmatiae, status Rhacusae et Regionis, quam vocant *Bocche di Cattaro*. Patavii, Typ. sociorum titulo Minervae, 1832, pag. 47, in 12.

Opusculi in duas partes divisi; prima pars 5-10, quaedam offert de Histria; altera 11-43 de Dalmatia. Hinc tabulam distantiae locorum pag. 46, excipit prospectus incolarum pag. 47.

104. *Compendio geografico*, i. e. Compendium geographicum Dalmatiae cum Parergon de Agro Labeatium, au-

Digitized by Google

ctore Professore Francisco Petter. Versio ab alemanno idiomate, cum linearibus picturis tribus chalybe sculptis. Jaderae, Typ. Fratrum Battara, 1834, in 8.

Auctor dat primum prospectum Dalmatiae in genere, percurrens hinc α) situm et fines, β) partitionem Dalmatiae, γ) flumina, δ) lacus, ε) paludes, ζ) mare, η) vias, ϑ) montes et solum, ι) geognosiam regionis, κ) clima, λ) ea quae natura progignit, μ) piscationem, ν) salinas, ξ) agriculturam, ο) pecus in genere, π) industriam, ρ) commercium, σ) incolas, τ) linguam, υ) stemma, χ) conditiones physicas incolarum, alimenta et vestes, ψ) characterem et mores, ω) Morlacchorum usus etc. Dein Auctor per partes de Dalmatia pertractat, quatuor politicis divisionibus insistens, Jaderae, Palatii, Rhacusae et Cathari. Sub fine quaedam de Agro Labeatium adduntur, quae satis diligenter regionem hanc describunt.

105. *Album pittorico*, i. e. Descriptio, per picturas, Dalmatiae, auctore Vincentio Poiret, additis illustrationibus Marci de Casotti. Jaderae, apud Editorem Vincentium Poiret, Typis Fratrum Battara, 1840.

Distributio fiet in fasciculos vigintiquatuor. Quilibet fasciculus quatuor tabulas saxo descriptas continet, quarum binae regionis prospectus, binae vero mores exhibent: cuique, sub forma folii majoris, additur folium textus. Tabulas describunt Linussi et socii tergestini. Pretium cujusque fasciculi est unius floreni: quod si descriptiones saxo editae depingantur, pretium augetur viginti crucigeris.

106. *Le Coste e Isole*, i. e. Orae et Insulae Histriae et Dalmatiae, auctore Marco de Casotti. Jaderae, Typis Battara, 1840.

Dalmatia in capitula trigintiquinque romanensibus coloribus picta dividitur, sic ut veritas quandoque clarius non elucescat aut quaedam silentio obruantur.

Digitized by Google

107. *Saggio di Memorie Dalmate*, i. e. Specimen Commentarii Dalmatiae, auctore Nicolao Doctore Giaxich I. R. Gubernii Consiliario. Jaderae, Typis Fratrum Battara, 1840, pag. 78, in 8.

Opella continet (itale) $\alpha$) vicinia Sibenici bis centum triginta solutis versibus 3-10; $\beta$) villae oblectamenta in insulis Jaderae, quinque solutis orationibus campestribus 11-24; $\gamma$) odam et metrum anacreonteum ob adventum in Dalmatiam anno 1818 Imperatoris et Regis Francisci Primi cum conjuge Carolina Augusta 25-32; $\delta$) orationem ob dedicatum Lyceum Jaderae anno 1826, 33-39; $\varepsilon$) bina carmina ob natalem diem Imperatoris et Regis Francisci Primi annis 1824, 1829, 40-54; $\zeta$) odam ob apertum hortum Jaderae anno 1829 a *Generali Majori* Friderico Libero Barone de Welden-Lilienberg, 55-60; $\eta$) hymnum bardicum ob patefactam magnam viam Montium Bebiorum anno 1832, 61-65; $\vartheta$) idyllium ob apertum aquaeductum Jaderae anno 1838, 66-68; $\iota$) hymnum causa promotionis anno 1838 ad gradum *Generalis* 18 *Artiglieria* Excellentiae Wenceslai Comitis de Lilienberg Gubernatoris civilis et militaris Dalmatiae 69-71; $\varkappa$) hymnum ob diem natalem Imperatoris et Regis Ferdinandi Primi anno 1839, 72-75; $\lambda$) indicem 77-78.

108. *Dissertazione sopra la Dalmazia*, i. e. Dissertatio de Dalmatia dicta Italiae regione auctore Marchiore Hieronymo Gravisi, pag. 52, in 8.

Opusculum locum tenet in nova Collectione a Calogerà dicta. Venetiis, 1775, Volum. XXVII.

109. *Marin Drago*, i. e. Marini Drago Commentarium, anecdotum quo demonstrat vocibus Italiae et insularum adjacentium intelligi quoque juxta stylum Romanae Curiae etiam Dalmatiam et Provinciam Cathari.

Sum nescius quis opus, ubi et quando ediderit.

Digitized by Google

110. *Familiae Dalmaticae ac Sclavonicae,* seu series genealogicae ac hystoricae Regum et Toparcharum Dalmatiae, auctore Carolo Dufresne Domino du Cange Regi a Consiliis et Franciae, apud Ambianos quaestore. Lutetiae Parisiorum, apud Ludovicum Billaine Bibliopolam parisiensem, 1680.

Hae familiae sunt numero viginti tres. Operi plures arbores genealogicae, uti dicunt, uniuntur.

111. *Il Bano Horvath,* i. e. Banus Horvath. Historia XIV saeculi auctore Marco de Casotti. Venetiis, Typis Picotti, 1838, Vol. II, in 16.

Excurrit auctor facta Hungariae, Croatiae et Dalmatiae, quae in octo supra viginti capitula partitur, quatuordecim in unoquoque volumine.

112. *Vincentii Priboevi,* dissertatio de Dalmatia. Codex hic pluribus locis Dalmatiae obvius.

113. *Carte von Dalmatien,* i. e. Tabula geographica Dalmatiae et regionum finitimarum Rhacusae ex optimis fontibus hausta, auctore M. d. I. X, edita vero Schreyfogel, et Riedl. Vindobonae, et Pestini, 1810. Ex Bibliopolio Artium et Industriae.

Tota tabula duobus foliis oblongis constat.

114. *Carta topografica,* i. e. Tabula topographica Dalmatiae auctoribus architectis Melchiorri et Zavorreo, 1787.

Classis praefecto (Ammiraglio) Angelo Emo opus dicatum.

115. *Strassen-Karte des Königreichs,* i. e. Tabula viaria Regni Dalmatiae. Vindobonae, 1831, duobus foliis digesta,

Digitized by Google

in quatuor provincias Jaderae, Palatii, Rhacusae et Cathari distributa.

Montium per lineas descriptio desideratur. Ad laevam tabulae extat prospectus illustrationis signorum et verborum in compendium redactorum.

116. *Neueste Carte von Dalmatien,* i. e. Nova Tabula Dalmatiae duobus foliis comprehensa. Vindobonae, apud Artaria et Socios.

In calce secundi folii est tabella geographica partis Epiri maritimae (Albania austriaca).

Innumeris scatet mendis, sive locorum designationem, sive distantias, sive nominum scribendi rationem spectes.

117. *Degli Inquisitori da spedirsi,* i. e. De Inquisitoribus in Dalmatiam mittendis. Oratio Marci Fuscareni Equitis et Procurat. dicta in Majori Consilio, die XVII Decembr. MDCCXLVII. Venetiis, Typis Josephi Picotti, 1831, pag. 49, in fol.

Editionem curavit Emmanuel Cicogna, dicavit autem sponsis Reali-Cernazai Franciscus Cuniali. Praefationem Emmanuelis Cicogna 5.-13, excipiunt *a*) argumentum orationis 17-23, *b*) óratio 24-49.

Exemplar huius editionis membranaceum asservatur in Bibliotheca S. Marci Venetiarum.

118. *Pisani Carlo. Dispacci,* i. e. Ordinationes Caroli Pisani in *Generalatu* Dalmatiae, et Albaniae, annis MDCCXI-MDCCXIV.

Cod. ms. chart. extat in Bibl. Sem. Ven.

Digitized by Google

119. *Emo Angelo Provveditore*, i. e. Ordinationes Provisoris Generalis in Dalmatia Angeli Emo a die II. Mart. MDCCXVI, ad XVIII Maj. MDCCXVII, in 8.

Codex ms. chart. extat in Bibl. Sem. Ven.

120. *Delfin Daniele Provveditore*, i. e. Ordinationes Danielis Delfin Provisoris Dalmatiae annis MDCCXXXV-XXXVIII.

Codex ms. chart. extat in Bibl. Semin. Venet.

121. *Ducale di Marc' Antonio*, i. e. Decretum ducale Marci Antonii Justiniani, Johanni Baptistae Calbo, Provisori Dalmatiae et Histriae.

Codex ms. membr. extat in Bibl. Semin. Venet.

122. *Lettere di Rettori ed Istruzioni*, i. e. Epistolae Rectorum et Manuductiones circa res Dalmatiae et Albaniae.

Cod. ms. chart, extat in Bibl. Semin. Venetiar.

123. *Descrizione delle Craine della Dalmazia*, i. e. Da Dalmatia *vel* Prospectus statisticus Dalmatiae, una cum soliis quae ad prospectum referuntur.

Codex ms. chart. in fol. num. est CC.Cl.VI Bibl. S. Marci Venet.

124. *Voto delfico consecrato*, i. e. Votum delphicum dicatum nobili viro Catharino Cornelio Provisori Dalmatiae et Albaniae a Nicolao Urochixa.

Codex ms. chart. in Biblioth. Semin. Venetiar. continet plura itale et latine conscripta in laudem Cornelii.

125. *Memoria statistica*, i. e. Commentarium statisticum Dalmatiae, auctore Francisco Zavorreo. Venetiis, Typis Molinari, 1821, pag. 76, in 8.

Opusculum in decem capitula divisum.



Digitized by Google

126. *Scematismo dell'I. R. Governo*, i. e. Schematismus I. R. Gubernii Dalmatiae. Jaderae, Typis Fratrum Battara, in 8.

Quoque anno in lucem prodit.

127. Willelmus Menis I. R. Gubernii Jadertini Consiliarius est editurus itale statisticam formam Dalmatiae, in quatuor volumina, in 8., distributam, cujus potior pars medica argumenta spectabit.

Auctor idem est qui Brixiae, dum Medicus provincialis ibi esset, edidit Statisticam topographico-medicam Provinciae Brixiae in Vol. II in 8.

128. *Raccolta di Editti e Proclami*, i. e. Collectio Edictorum et Proclamationum in Regno Dalmatiae occurrentium, post ingressum armorum Majestatis Imperatoris et Regis Francisci II. Jaderae (Venetiis), apud Dominicum Fracasso, 1799, Volum. II, in 8.

129. *Memorie politico-economiche*, i. e. Commentarium politico-oeconomicum Urbis et regionis Tergestinae, Peninsulae Histriae, Dalmatiae olim venetae, Rhacusae et partis Epiri maritimae (Albania austriaca) modo Austriaco Imperio additae, auctore G.d. B-n (Johannes Antonius Bomman ex Monasterio S. Francisci *della Vigna*, Venetiarum). Venetiis, Typis Alvisopoli, 1821, pag. 335, in 8.

Commentarium hoc eo fine conscripsit auctor ut Statisticam exhiberet littoris tergestino-dalmatici.

130. *Riflessioni sopra lo stato presente*, i. e. Animadversiones in hodiernam Dalmatiae conditionem. Opus economico-politicum, auctor Petrus Nutritius Grisogono Traguriensis dicat Excellentiae Johanni Grimani a S. Antonio Senatori veneto. Florentiae, 1775, pag. 108, in 4.

Digitized by Google

131. *Saggi sopra le controversie*, i. e. Specimen quaestionum litterariarum in Dalmatiam et aliquot partes Operis inscripti: *Animadversiones oeconomico-politicae Petri Nutricii Grisogono.* Venetiis, 1778.

132. *Giovanni Luca Garagnin*, i. e. Johannis Lucae Gavagnin animadversiones economico-politicae in Dalmatiam. Jaderae, Typis Battara, 1806. Cum Indice et 4 tabulis statisticis, in 8.

Volumen I habet pag. 263.

133. *Notizie per servire alla storia*, i. e. Notiones ad Historiam naturalem Dalmatiae collectas, addito compendio Historiae civilis Johannis Rossignoli, dicat auctor Petrus Nutricius Grisogono Excellentiae Hieronymo Sagredo Veneto Senatori amplissimo. Tarvisii, apud Julium Trento, 1780, in 4.

Opus in quatuor libros dividitur, quorum primus de mari 1-46; alter de fluminibus, fontibus, torrentibus, lacubus, stamnis 47-101; tertius de montibus et agris 102-154; postremus de aere et hominibus 155-190.

134. *Memoria del C. Garagnin*, i. e. De ventis Dalmatiae Commentarium Comitis Garagnini Traguriensis.

Extat in cod. ms. chart. Filiasi in Bibl. Semin. Venet.

135. *Prospetto di studii economici*, i. e. Prospectus studiorum oeconomicorum Dalmatiae, auctore Julio Doctore Bajamonti Spalatensi.

136. *Opuscoli del sig. Rados*, i. e. Opuscula, auctore Rados Antonio Michieli Vitturi tragurino. Rhacusae, apud Antonium Martecchini, pag. 52, in 8.

Sunt autem *α*) Epistola Editori Andreae Ciccarelli a Domino Ra-

Digitized by Google

dos Antonio Michieli Vitturi missa 3-10; β) Quaedam ab eodem Rados de agricultura in Dalmatia, 11-25; γ) Specimen de Francisco Patricio dalmatico 26-37; δ) Specimen in Marcum Antonium De-Dominis, 38-52.

137. *Opuscoli economico-agrarii*, i. e. Opuscula oeconomico-agraria, auctore Francisco Johanne Dominico Comite Stratico, Episcopo Phariensi et Brattiensi. Venetiis, per Johannem Antonium Perlini, 1790, in 8.

Sunt autem *a*) de Agricultura in Dalmatia 1-15; *b*) Idea vel Descriptio fundi bene exculti in regione traguriensi 16-49; *c*) Tentamen serendi quoddam granum 50-55; *d*) Commentarium de necessitate et modis edocendi villicos agriculturam 56-29. Opus finit Carmen spirituale de granis serendis.

138. *Memoria sulla necessità d' applicarsi*, i. e. Commentarium de necessitate incumbendi in incrementum agriculturae in regione Dalmatiae, auctore nobili Comite Garagnini. Extat in Ephemerid. *Raccolta di Memorie delle pubbliche Accademie d'Agricoltura*, ec. Venetiis, apud Antonium Perlini, 1795, Tom. XIII, pag. 117-148.

139. *Mezzi da impiegarsi*, i. e. Quibus mediis obtineri possit auctio terrae fructuum in Dalmatia. Dissertatio Professoris Domini Petri Bottura. Jaderae, apud Johannem De Marchi, 1827, pag. 101, in 8.

In calce Operis additur: Imitatio illyrici Carminis inscripti: Laudes Sibenici et Descriptio Viciniorum biscentum triginta solutis italis versibus.

140. *Lettera del sig. Vincenzo Dandolo*, i. e. Epistola Vincentii Dandolo de statu comparativo agriculturae in Dalmatia et Italia. Extat in Ephemerid. *Giornale d'Agricoltura presso Giovanni Silvestri.*

Digitized by Google

141. *Vincenzo Dandolo Lettera,* i. e. Epistola Domino Rados Antonio Michieli Vitturi a Vincentio Dandolo missa de agricultura Dalmatiae. Extat in Ephemerid. *Regio Dalmata* num. XV, an. 1807.

142. *Lettere due del sig. Rados,* i. e. Antonii Michieli Vitturi, Domino Vincentio Dandolo, Provisori Generali Dalmatiae, de agricultura Dalmatiae.

Hae epistolae, 64-84, quibus subditur responsiva Vincentii Dandolo, uniuntur Epistolae Diocletiani Maximiliano Herculeo. Venetiis, Typis Alvisopoli, 1817, pag. 88.

143. *Memoria sulla moltiplicazione,* i. e. Commentarium de multiplicanda specie bovina in Dalmatia auctore Nob. Comite Rados Antonio Michieli Vitturi, etc. Extat in Ephemerid. *Raccolta di Memorie delle pubbliche Accademie d'Agricoltura,*. Venetiis, per Antonium Perlini, 1792, T. VI, p. 3-105.

144. *Della introduzione d' una specie,* i. e. De invecta oleae specie in Dalmatiam, de causis tenuioris numeri incolarum et de remediis apponendis ut numerus augeatur. Dissertatio Professoris Petri Bottura. Jaderae, Typis Battara, 1830, pag. 208.

Opusculum Episcopo Spalatensi Paulo Miossich dicatum.

145. *Memoria del Nob. sig. conte Rados,* i. e. Commentarium nobilis Domini Comitis Rados Antonii Michieli Vitturi Traguriensis, Societati oeconomicae Spalatensi addicto, de cultu olearum. Venetiis, per Johannem Mariam Bassaleam, 1787, pag. 11, in 12.

146. *Memoria sull'introduzione degli ulivi,* i. e. Commentarium de invectione olearum in regiones mediterra-

Digitized by Google

neas Dalmatiae, et de earum cultu, auctore Rados Antonio Michieli Vitturi publico Agriculturae Inspectore in Dalmatia. Extat in Ephemerid. *Raccolta di Memorie dell' Accademia di Agricoltura.* Venetiis, per Antonium Perlini, 1792. T, IV, pag. 104-189.

147. *Riflessioni sopra gli ulivi,* i. e. Animadversiones in oleas et varios effectus in iis observatos in Dalmatia ex frigore annorum MDCCLXXXII, MDCCLXXXVIII, auctore Co. Rados Antonio Michieli Vitturi. Extat in Ephemerid. *Raccolta di Memorie dell' Accademia di Agricoltura.* Venetiis, per Ant. Perlini, 1793, T. VII.

148. *Della cultura del castagno ne' monti diboscati,* i. e. De cultura castaneae in montibus collucatis Dalmatiae maritimae et mediterraneae. Oratio habita ea die qua primum convenit Societas oeconomica Spalatensis, anno MDLXXX ab Abbate Alberto Fortis. Extat in Opere: *Raccolta di Memorie delle pubbliche Accademie di Agricoltura.* Venetiis, apud Perlini, 1789-97, T. X, pag. 166, in 8.

149. *De Corticis Pini maritimae* analysi chimica et medico usu. Dissertatio medico-chimica, auctore Aloysio Nardo Clodiensi Medicinae et Chirurgiae doctore. Patavii, Typ. Seminarii, 1831, pag. 37, in 8.

Pinus indigena Dalmatiae praesertim Phariae et Corcyrae Nigrae-illyrice appellata *Karka* vel *Korka.*

150. *Su alcuni usi, ed applicazioni,* i. e. De usu oeconomico Pinus maritimae et de ejus cortice. Commentarium chimico-technicum Aloysii Nardo Medicinae et Chirurgiae Doctoris. Venetiis, Typ. Lampato, 1834, pag. 20, in 8.

Digitized by Google

151. *Dalmatiae nova Serpentum genera, Friderico Ludovico Fleischmann Norimbergensi.* Erlangae, in commissis C. Heyderi, 1831, pag, 35, in 8.

Opus dicat auctor Aloysio Nardo Clodiensi, Medicinae Doctori.

152. *Lettera del sig. Gio. Luca Garagnin,* i. e. Epistola Johannis Lucae Garagnin Johanni Arduino de actis in Dalmatia quoad curam apum, 1790, pag. 16, in 16.

Habetur etiam in Ephemeridib. *Raccolta di Memorie d'Agricoltura.* Venetiis, 1793, Vol. VI, 177-191.

153. *Dissertazione sopra le pescagioni,* i. e. Dissertatio de piscationibus Dalmatiae, auctore Moller. Extat in Opere *Giorn. d' Ital.*, T. XII, pag. 57-76.

154. *Enumeratio plantarum in Dalmatia lectarum a Francisco de Portenschlag-Ledermayer.* Vindobonae, 1824.

155. *Stirpium Dalmatiarum Specimen, auctore Roberto De-Visiani,* M. D. Patavii, Typis Crescinianis, 1826, pag. XXIII-57, in 4. Tabulae octo.

Opus Francisco Iosepho Libero Baroni de Iacquin Botanices et Chemiae in Universitate Vindobonensi Professori ab Auctore dedicatur.

156. Plantae rariores in Dalmatia recens detectae. Extat in *Regensburg. bot. Zeitung,* i. e. Ephemerid. botanic. ratis bonens. annorum MDCCCXXIX et MDCCCXXX.

157. *Flora Dalmata, auctore Roberto De-Visiani,* Bota-

Digitized by Google

nices Professore in Universitate patavina. Lipsiae, Edente et imprimente Hoffmeister 1840-41, in 4.

Sunt plures tabulae aere insculptae et ad naturam depictae. — Opus dicavit auctor Imperatori Austriae Francisco Primo.

158. *Storia della Peste,* i. e. Historia Pestis quae grassata est in Dalmatia annis MDCCLXXXIII, MDCCLXXXIV, auctore Doctore Julio Bajamonti plurium Academiarum socio. Venetiis, apud Vincentium Formaleoni, 1786 in 8.

Opus ab auctore spalatensi dicatum anno MDCCLXXXV venetis Senatoribus Angelo Mariae Gabrieli et Zachariae Valaresso. Dedicationem excipit tabula geographica Dalmatiae, Epiri maritimae et Orientis (Levante) Tota historia in quatuordecim capitula dividitur 1-204. Primum usque quintum 1-91 pertractat in genere de causis pestis in Dalmatia; sextum 91-96 de peste Poglizzae; septimum 97-129 de peste Sign, cui Capitulo praeit tabula geographica regionis Sign descripta sub regimine Nobilis Pauli Aemilii Canal anno MDCCLXXXV, in calce vero nummus ab illius regionis incolis Provisori Sign oblatus, et Inscriptio Pontis Sign, utrumque in laudem memorati Canal; octavum 129-133 agit de peste regionis imothensis; nonum 133-135, de peste Andetrii; decimum 135-136 de peste Knin; undecimum 136-169 de peste spalatensi, cui additur tabula inscripta: *Piedilista generale* i. e. Prospectus generalis eorum quae acciderunt in contagio urbis et suburbiorum Palatii anno MDCCLXXXV; duodecimum 169-171 de peste S. Martini; duo extrema generatim animadvertunt de peste.

159. *Relazione nosografico - statistica*, i. e. Notitia nosographico - statistica Epidemiae cholerosae quae anno MDCCCXXXVI Dalmatiam invasit, auctore Francisco Lanza Doctore Medicinae et Philosophiae, Socio *corrispondente* Instituti Archeologici Romae. Tergesti, Typis M. Weis, pag. 79 cum tabula aenea, 8. maj.

Opusculum ab auctore dicatum Doctori Willelmo Menis I. R.

Digitized by Google

Gubernii Consiliario, Protomedico Jaderae. In hoc opusculo auctor morbi naturam contagiosam ostendit, augmentum et cursum successivum per importationem cum indicet. Paginae 77 et 79 afferunt binos prospectus statisticos tabellarios Epidemiae cholerosae quae regionibus Spalatensi et Jadertina potita est anno MDCCCXXXVI, quae regiones tantum ab auctore animadvertuntur.

160. *Rith Biagio Commentarii,* i. e. Commentaria de bello recens habito Fori Julii et in finibus Histriae ac Dalmatiae, auctore Blasio Rith. Tergesti, apud Antonium Tumini, 1629, in 4.

161. *Continuazione di vittorie,* i. e. Continuatio victoriarum Reipublicae Venetae contra Turcas in Dalmatia, captis Salona, Sasso et Zanouniza, diebus XIII-X Kal. Junii an. MDCXLVII. Romae, per Ludovicum Grignani, 1647, in 8.

In calce Operis additur: Notitia locorum quibus potita est Respublica veneta in Arcipelago contra Turcas mense Majo anno MDCXLVII.

162. *Relazione delli progressi,* i. e. Notitia progressuum armorum venetorum XVI. Kal. Septembr. an. MDCXLVII, in Dalmatia habitorum, urbe Gradaz capta. Romae, per Ludovicum Grignani, 1647, in 8.

Blasius Rith, Alexander Verninus aliique Operis hujus auctores habentur.

163. *Relazione della vittoria,* i. e. Notitia victoriae quam retulerunt arma veneta sub Leonardo Foscolo in provincia Dalmatiae et sinu Maris Adriatici contra Turcas, XVII Kal. Octobr. an. MDCXLVII. Romae, per Ludovicum Grignani, 1647, in 8.



Digitized by Google

164. *Scardassa Egidio. Relazione,* i. e. Notitia fortunatorum progressuum de die in diem habitorum post mota arma venetae Reipublicae contra Turcas in Dalmatia, auctore Egidio Scardassa, per Franciscum Moneta 1647, in 4. Prostant apud Pasquinum per Evangelistam Dozza.

165.—Idem opus sic inscriptum: *Notitia fortunatorum progressuum armorum Reipublicae Venetae in Dalmatia* (anno MDCXLVI contra Turcas), *auctore Aegidio Scardassa. — Continuatio progressuum fortunatorum in Dalmatia mense Martio MDCXLVIII,* ad cujus operis calcem: Venetiis, per Franciscum Valvasense, 1648, in 4.

Scardassa censetur auctor quoque continuationis.

166. *Vernino Alessandro. Della historia,* i. e. De historia bellorum Dalmatiae sub Generalatu Leonardi Foscolo libri duo ab initio aggressionis hujus provinciae usque ad expugnationem Andetrii. Venetiis, apud Johannem Jacobum Herz, pag. 157, in 8.

Nulla est capitum vel paragraphorum divisio.

167. *Relazione delli felici progressi,* i. e. Notitia fortunatorum progressuum armorum Reipublicae Venetae in Regno Dalmatiae mense Febr. ann. 1648 habitorum sub Leonardo Foscolo. Romae, per Ludovicum Grignani, 1648, in 8.

168. *Frammenti historici,* i. e. Fragmenta historica Belli in Dalmatia, auctore Sertonaco Anticano. Venetiis, per Franciscum Storti, 1649, pag. 321, in 12.

Opus dicat Comiti Caesari Martinengo Cesaresco Johannes Prepianus. Historia autem est enarratio continuata rerum tunc temporis contra Turcas in Dalmatia actarum, nulla capitum divisione adjecta.

Digitized by Google

169. *Compendio dell'Historie*, i. e. Compendium Historiarum *Generalium* Turcarum cum iis quae memorabiliora evenerunt sub regno vigintitrium Imperatorum ab Hottomano primo usque ad Muhamedem quartum, diligentia collectum a Domino Verdier Galliae Historiarum descriptore et a gallica lingua in italam versum a Ferdinando de' Servi Florentino; addita continuatione successuum et bellorum intra potentem Domum Hottomanam et Serenissimam Rempublicam venetam ab anno 1647-1662. Venetiis, apud Johannem Baptistam Scalvinoni, 1672, partes binae, in 4.

Opus dicatum Serenissimo Philippo Willelmo Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariae, Iuliers, Cleves et Berg. Prima pars habet paginas 210, altera pag. 292. In hac secunda parte a pag. 201-292 extat Continuatio successuum Belli Candiae et Dalmatiae ab anno 1647-1662, eruta ab Historiis Hieronymi Brusoni, in tres libros digesta.

170. *Conquiste della Serenissima*, i. e. Acquisitiones Serenissimae Reipublicae Venetae in Dalmatia, Epiro et Peloponeso factae fragrante bello contra Muhamedem quartum, Turcarum Imperatorem, duobus primis annis Principatus Marci Antonii Justiniani Serenissimi Ducis Venetiarum, additis oppidis Knin et Neocastro in officina P. M. Coronelli Cosmographi publice descriptae. Venetiis, 1686, in fol.

Hieronymo Venerio Veneto apud Aloysium XIV Galliarum Regem Legatum opus in tres partes divisum dicavit Coronellus. Prima pars de Dalmatia, habet additos prospectus Zemonici, Nadini, Uranae, Carin, Scardonae, Regionis et Oppidi Dvare, Rhisani, Dernis, Naronae fluminis, Oppidi Fort Opus et Noiaci.

171. *Giornale dell' armata veneta*, i. e. Ephemerid. veneti exercitus Orientis et Dalmatiae, Venetiis, 1688-89, Partes III, in 12.

Digitized by Google

172. *Piano generale della pubblica Istruzione*, i. e. Prospectus generalis rationis in edocendo habitae in Dalmatia, pag. 16, in 8.

173. *Saggio d' idee tendenti*, i. e. Specimen notionum utilium ad promovendam et in melius redigendam elementarum edocendi rationem in Dalmatia, auctore Georgio Plancich. Jaderae, Typis Gubernialibus, 1820, pag. 49, in 8.

174. Romanarum antiquitatum analecta quaedam cura et studio Johannis Josephi Lucichii, Dalmatae Macarensis. Jaderae, 1813, pag. 52, in 8.

Opusculum dicatum Johanni Kreglianovich Albinoni continet argumenta ex Dalmatia *a*) Marmor Imperiale, *b*) Marmor votivum, *c*) Marmor sepulchrale, I., *d*) Marmor sepulchrale II, *e*) Fragmentum Marmoris sepulchralis, *f*) de veterum arte concinnandi lucernas perpetuo ardentes, deque ratione artis ejusdem restituendae, *g*) Funebria quaedam illustrata, *h*) octo numismata pariter illustrata, *i*) Jaspidis Capilli brevem illustrationem, *k*) geminos auctores in Corneola illustratos, *l*) de gemma quadam caelata relationem, *m*) Cammaei cujusdam ex primigeniis artis expositionem.

175. *Novissima palaeographica, numismatica, mythologica, atque dactylographica additamenta*, authore Jo. Josepho de Comitibus Paulovich Lucich Juris utriusque Doctore, plurium Europae celebrium academiarum socio etc. etc. nec non Decano Capituli Macarens. Canonico. Venetiis. 1817.

Codex ms. chart. pagin. 54 in 8. extat apud Emmanuelem Cicogna, continet autem additamenta ad Marmora Tragurensia et Macarensia, ex universa Dalmatia.

176. *Johannis Lucii Incriptiones Dalmaticae*, 3-56; Notae ad Memoriale Pauli de Paulo 37-52; Notae ad Palla-

Digitized by Google

dium Fuscum. Addenda vel corrigenda in Opere de Regno Dalmatiae et Croatiae 58-91; Variae Lectiones Chronici Hungarici manuscripti cum editis. Venetiis, Typis Stephani Curtii, 1673, in 4.

177. *Johannis Lucii Dalmatini Inscriptiones Dalmaticae* ex ipsis lapidum ruderibus atque variorum Doctorum Codd. MSS. erutae. Omnes fere Grutero aliisque collectoribus incognitae atque nunc emendatiores et auctiores dietae. Lugduni Batavorum. Sumptibus Petri Vander Aa Bibliopolae Civitatis atque Academiae typographi, pag. 24, per columnas numeratae in fol.

Praecedit Opus Index urbium locorumque in Dalmatia ubi hae Inscriptiones inveniuntur, ut et Virorum doctorum etc, penes quos in libris suis commemorantur. In his quae Lucius praefatus est Lectori 1-4 indicat occasionem operis et materiei distributionem. Extat in Graevii Thesauro Antiquitatum et Historiarum Siciliae. Inscriptionibus nullae prorsus adnotationes adduntur vel explanationes.

178. *Antonio Caramaneo. Lettere* i. e. Epistolae philologicae in quosdam nummos et quaedam marmora litterata Dalmatiae, auctore Antonio Caramaneo.

Codex ms. chart. extat apud Capor.

179. *Constitutiones et Decreta* in Conventu Reverendissimorum DD. Spalatensis et Jadrensis Provinciarum Archiepiscorum Episcoporumque, ac eorum assensu, a Reverendissimo D. Augustino Valerio Veronae Episcopo, Visitatore Dalmatiae et Reformatore apostolico promulgatae, auctoritate S. Sedis apostolicae confirmatae. Veronae, apud Sebastianum et Johannem Fratres a Donnis 1579 , pag. numeratae 56, in 8.

Hoc Opusculum jungitur alteri: *Ordinationes et Hortationes*

Digitized by Google

a Reverendiss. D. Augustino Valerio Episcopo Veronae et Comite Visitatore Apostolico relictae Reverendissimis Histriae Episcopis.

180. *Informazione di Monsig. Pettani*, i. e. Notitia a Domino Pettani de Electione Episcopi Serviani facta a Patriarcha Serviae in Dalmatia.

181. *Risposta di Monsig.*, i. e. Responsum Illustrissimi et Reverendissimi Domini Zmajevich, Archiepiscopi Jadertini, factum Apologiae pro ritu Serviano et Monaco Gliabibratich asserto Episcopo.

182. *Appendice della precedente*, i. e. Appendix praecedentis Antiapologiae, auctore Domino Antonio Kadcich, Archidiacono Jadertino, dein Episcopo Traguriensi, tandem Archiepiscopo Spalatensi.

Codex ms. chart. tria haec Opuscula complectens extat apud Georgium Plancich.

183. *Lettera anticritica*, i. e. Epistola anticritica ad Epistolam paraeneticam Doctoris I. I. R. L. ad Primatem, Metropolitas, Archiepiscopos et Episcopos Dalmatiae, auctore F. R. Sacerdote Dalmata. Venetiis, apud Antonium Curti, 1789, pag. 40, in 16.

Haberi potest tanquam Apologia Cleri Dalmatae, cui ignorantiae nota inurebatur.

Digitized by Google

EPIDAURUM. (PTOLEM. Επιδαυρος, PROCOP. Επιδαυρον) it. RAGUSA VECCHIA. - illyr. ÇAPTAT.

184. *Del sito della città*, i. e. De situ urbis et coloniae Epidauri in Illyrio. Commentarium P. Francisci Mariae Appendini Scholarum Piarum, 1823, pag. 12, in 8.

Inscriptiones characteribus minusculis exhibitae pluribus locis sunt emendandae: deest in his indicatio locorum a quibus exscriptae sunt. Apud Patrem Thomam Ituarko Praefectum Studiorum Rhacusae extat exemplar hac illac per Iosephum Furlanetto emendatum.

185. *Notitiae de Epidauro et Rhacusa*, versibus exharatae a Meletio.

Has Michael Sorgo edidit, et Coleti additis notis Venetiis recudit.

Meletius floruit saeculo XII et materiem hausit a Chronicis Nicolai Ragnina.

EPIRI MARITIMAE PARS. - it. ALBANIA AUSTRIACA.

186. *Nuova Carta topografica*, i. e. Nova Tabula topographica regionis quam vocant *Bocche di Cattaro*, Agri Labeatium et partis Epiri maritimae, delineata a C. T. S. Venetiis, per Ludovicum Furlanetto, ad pontem *dei Baretteri*, 1785.

Haec Tabula magno folio exhibet praeter τα *Bocche di Cattaro* divisiones omnes Communium (Nahia) Agri Labeatium, lacum scodrensem et Scodram ad Chirim fluvium, cum viis frequentioribus.

187. *Sinodo nazionale radunato*, i. e. Synodus nationalis in Epiro, Servia et Bulgaria collecta a Vincentio Zmajevich (antonom. *Penna aurea*) Archiepiscopo Antibarensi et

Digitized by Google

Diocleensi, Serviae Primate (dein Jaderae Archiepiscopo), clausa anno 1704, anno vero 1705 a Congregatione de Propaganda typis editu.

Zmajevich Perastinus vita elatus est anno 1745.

## Jadera. - it. Zara. - Illyr. Zader.

188. *Descrizione del territorio antico*, i. e. Descriptio antiqui et recentioris districtus jadertini habita anno MDLXXXIV.

Codex ms. chart. extat in Bibl. Sem. Venet.

189. Statuta Jadertina cum omnibus reformationibus in hunc usque diem factis. Additoque indice locupletissimo, nunc primum typis excussa. Venetiis, apud Dominicum De Farris, 1564, in 4.

Franciscus Fumatus Jureconsultus dicat opus Francisco Salomonio Jaderae Praetori. Paginae triginta quinque non numeratae dant tabulam Indicis, binae Reformationum. Statuta Communis Jaderae libris quinque a fol. 1-97 numerat. *recto* Reformationes a 98-128.

Exemplar Bibliothecae S. Marci Venetiarum habet additum Indicem ms. Statutorum Jaderae foliis 32, alphabetico ordine a Patre Magistro F. Johanne Baptista Lisca Causidico Conventus S. Dominici Jaderae anno 1729 elaboratum.

190. *Opinione del Prof. Pietro Bottura*, i. e. Opinio Professoris Petri Bottura quoad articulum Praetori Mediolani publici juris factum de aliquibus operibus pictis a Francisco Salghetti Jadertino. Jaderae, typis Demarchi, pag. 48, in 8.

Huic respondit Lambertini in Ephemeridibus Mediolanensibus.

Digitized by Google

191. *Flora Jadrensis,* collecta a Prof. Andrea Alschinger. Jaderae, Typis Battara, 1832, pag. 248, in 8.

Ex assertione auctoris in Praefatione, synonima omnia adjuncta sunt latina, germanica, italica, dalmatico-illyrica et, ubi fieri poterat, graeca. In libro sunt mille centum et septuaginta species descriptae.

192. *Memoria sulla insigne,* i. e. Commentarium de insignis reliquiis S. Simeonis Justi Prophetae extantibus in urbe Jaderae, auctore (Dom. Johanne Scopinich) Sacerdote servitio Ecclesiae ejusdem Sancti addicto. Typ. Demarchi, 1836, pag. 54, in 8.

Opusculum ab auctore redactum (ut ille idem in Praefatione) juxta materiam exhibitam ab Augustino Calmet, Daniele Farlato, Codice manuscripto anni 1686 apud Laurentium Fondra extante, atque ex traditione, in tres articulos dividitur.

### Illyrium. - it. Illirio.

193. *Johannes Tomkus Marnavich. De Illyrico Caesaribusque Illyricis Dialogorum libri septem,* 1603.

194. *Johannes Tomkus Marnavichius Regiae Sanctitatis Illyricanae foecunditas.* Romae, 1630.

Dom. Georgius Plancich Dalmata Pharensis Inspector generalis Scholarum Elementarium Venetiis habet hujus Operis exemplar, cui adjectae sunt notae, forsitan ab auctore; huic manus posterior, quam credunt Alberti Fortis, alias adnotationes adjecit.

195. *Caroli Dufresne Domini du Cange Illyrium vetus et novum,* sive Historia Regnorum Dalmatiae, Croa-



Digitized by Google

tiae, Slavoniae, Bosniae, Serviae atque Bulgariae. Posonii, Typis heredum Royerianorum, ann. 1746, in fol.

Opus per epigraphem dicatum Francisco I. Imperatori Romanorum semper Augusto et Mariae Theresiae Romanorum Augustae.

Habentur autem in libro *a*) Index Illyrici Veteris atque Novi; *b*) Tractatio praeliminaris de Illyrico antiqui et medii aevi 1-30; *c*) Familiae Dalmaticae Slavonicae 31-140; *d*) Tractatio posterior de Illyrico temporis novi, seu Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Bosniae, Serviae et Bulgariae Regnis 141-242.

196. *Palladii Fusci Patavini de situ orae Illyrici libri duo*, notis Johannis Lucii Dalmatici illustrati ut et ejusdem Johannis Lucii de Regno Illyrici liber. Editio novissima, auctior et correctior. Lugduni Batavorum, sumptibus Petri Vander Aa Bibliopolae Civitatis atque Academiae Typographi, in 8. Extat in *Graevi Thesauro Antiquitatum et Historiarum Siciliae*. Vol. XIV, 1725, pag. 29 per binas columnas numeratae.

Petrus Burmannus adjecit primis duabus paginis dedicationem Caspari Cardinali Contareno Veneto et Elogium quod Canonicus Patavinus Bernardus Scardeonius de Palladio Fusco in Opere de Antiquitate urbis Patavii dedit. A pag. 2-10 extant Palladii Fusci de situ orae Illyrici libri duo, quos excipit Johannis Lucii de regno Illyrici liber unicus in quatuor capita divisus 11-54. Operi tres tabulae adduntur *a*) Illyrici et Pannoniae, *b*) Regni Illyrici et Illyrici a Romanis additi, *c*) Illyrici Monarchiae Romanae. In calce Operis Index nominum et rerum notabiliorum.

197. *Della estensione dell'antico*, i. e. De extensione antiqui Illyrici seu de Dalmatia et de primo situ Histrorum et Venetorum. Tractatus Domini Francisci Almerigotti Justinopolitani, in duas partes tributus, quarum prima paginis 79,

Digitized by Google

altera 84 constat. Extat in *Nova Collectione Opusculorum a Calogerà dicta.* Venetiis, 1775, Tom. XXVI et XXVII.

Opusculum dicat auctor Excellentiae Josepho Bali Farsetti et Academicis Magnificae Urbis Utini, una cum tabulis inscriptionum et duobus foliis nummis et figuris inscriptis.

198. *N. Vitturi Dissertazione*, i. e. Dissertatio de Regno illyrico, auctore N. Vitturi. Venetiis.

Pertractatio polemica contra Nutricium.

199. *Martinus Rosa. Compendium totius Nationis linguae illyricae* in quo breviter origo ipsius nationis, extensio ejus copiosa, Reges Fidei catholicae totius Dalmatiae, Bosniae, Serviae atque Rassiae, quos habuit, exhibentur, Matriti, Martinez, 1632, in 8.

Historia haec offert notitias Rhacusinorum qui navalis artis laude ab Hispania honoribus decorati extitere. In fine vero: *Sub umbra aquilae magnarum alarum Respublica Ragusina quodammodo moratur.* Compendium heroicis versibus Operis ab Orbino (quem vide) conscripti. Auctor dicavit opus Comiti de Olivares.

200. *Raphael Levacovich et Ignatius Giorgi Adversaria et Schedae ineditae ad res Illyrici.*

201. *Autori che trattano*, i. e. Scriptores de Illyrici et Dalmatiae rebus tractantes.

Codex ms. chart. in fol. numer. est LXII. Cl. XI. in Bibl. S. Marci Venet.

202. *Oglidalo Ilĭriuma iliti Dogodovstina*, i. e. Speculum rerum Illyricorum, vel factorum Illyriorum, Slavorum quos recens vocant *Orvati* (Croati) a Diluvio, nempe ab an-

Digitized by Google

no mundi conditi MDCLVI in quatuor partes distributum, cura et opera Johannis Snara. Zagabriae, apud Franciscum Suppana, 1839, fasciculi quatuor, in 8.

Lingua non ita pura ob voces Croatas immixtas: etiam Ortographia habet speciale quoddam Croatiae proprium. Stylus non ita castigatus: tamen res satis diligenter enucleatae. (Haec assero ex judicio Petri Crosicevich olim Professoris Seminarii Illyrici Pricensis juxta Onoeum).

203. *Carli dottor Reginaldo. Spedizione*, i. e. Expeditionis Argonautarum Colchum versus, auctore Doctore Reginaldo Carli, libri quatuor. Venetiis, apud Recurti, ann. 1745, in 4.

204. *Carte des Provinces Illyriènnes*, i. e. Tabula provinciarum illyricarum Bosniam, Erzegovinam et Agrum Labeatium comprehendens cum finitimis regionibus, auctore Cajetano Palma. Tergesti, 1812. Prostat tresdecim italarum libellarum pretio, apud auctorem *Strada de' forini*, num. 889, et apud praecipuos bibliopolas, fol. max. reg.

205. *Generale Charte der Illyrischen*, i. e. Tabula generalis Provinciam illyricam exhibens, auctore Ignatio Heymann. Vindobonae et Pestini, 1810, in Bibliopolio artium et industriae, fol.

Juxta antiquam divisionem, hic Dalmatia partem Illyrici constituit. Montes, flumina, viae, locorum distantiae ad acum delineantur.

206. *Appiani Alexandrini. Historia romana de bellis illyricis.* Stephano Gradio interprete. Amstelodami, Typ. Johannis Blev, 1688.

Jungitur Historiae Lucii inter Scriptores dalmatas.

Digitized by Google

207. *P. Joachimus Stulli. De praestantia et vetustate linguae illyricae.*

208. *Dolci Sebastianus. De vetustate et amplitudine linguae illyricae.*

209. *P. Gioachino Stulli. Dell'analogia*, i. e. De analogia linguae antiquorum populorum Asiae Minoris cum ea populorum Thraciae et Illyrici, auctore P. Joachimo Stulli.

210. *Epistola Hieronymi Francisci Zanetii in Dissertationem de linguae illyricae vetustate et amplitudine* confutata perpetuis animadversionibus in ejusdem Zanetii disquisitionem de causis sero corruptae eloquentiae apud veteres jureconsultos, seriusque apud recentiores restitutae, auctore P. F. Sebastiano Dolci, a Ragusio Ordinis Minorum Theologo, Academico Patavino. Ferrariae, Typ. Joseph Rinaldi, 1754, pag. 16, in 4.

Praefatio 3-4; Censurae quatuordecim 5-16.

211. *Georgius Ferrich. Fabulae ab Illyricis adagiis desumptae.* Rhacusae, 1794, apud Andream Trevisan, in 8.

212. *Galletti Petrus Aloysius. Inscriptiones venetae infimi aevi.* Romae extantes (cum inscriptionibus illyricis, cretensibus et cypriis). Romae, Typis Johannis Generosi Salomoni, 1757. Vol. III, in 8.

213. *Prospectus Illyrici Sacri*, cujus historiam describendam typisque mandandam suscipit P. Philippus Riceputi Societatis Jesu Sacerdos. Patavii, excudebat Josephus Cominus, 1720, pag. 24, in 4.

Dat Auctor Apparatum, Partes quatuor et Conclusionem.

Digitized by Google

214. *Illyrici Sacri, auctore Daniele Farlato Presbytero Societatis Jesu.* Venetiis, apud Sebastianum Coleti, 1751-1819. Vol. VIII, in fol.

Volum. I editum anno 1751 complectitur *a*) dedicationem Benedicto XIV, V-XII; *b*) praefationem ad Pacificum Bizzam Archiepiscopum Spalatensem XIII - XLIII; *c*) conspectum Voluminis XLIV-XLIX; *d*) partem primam Prolegomenorum de Illyrico 1-86; *e*) partem alteram de Dalmatia 87-233; *f*) partem tertiam de Illyrica et dalmatica Ecclesia, tum de Salona et Ecclesia Salonitana 234-354; *g*) Ecclesiam Salonitanam 354-748; *h*) indicem rerum et verborum memorabilium 749-780; Huic adnectuntur octodecim tabulae vel Geographiam, vel Topographiam, vel prospectus varii generis exhibentes.

Volum. II editum anno 1753 dat conspectum Ecclesiae Salonitanae a quarto saeculo usque ad excidium Salonae, nempe ab anno CCCXVI-DCL 1-326, quem subsequuntur *a*) historia Diocletiani Imperatoris ortu Salonitani 338-470; *b*) de Sancta Serena Imperatrice et Diocletiani Augusti Conjuge 471-500; *c*) de Sancta Artemia filia Diocletiani Imperatoris et Serenae Augustae Virg. et Mart. 501-530; *d*) de Sancto Cajo Dalmata et cive Salonitano Patrueli Diocletiani Imperatoris, Pontifice Romano et Martyre 530-573; *e*) de Sancta Susanna Virg. ac Mart. 574-608; *f*) de Sanctis Martyribus Salonitanis e stirpe ac genere Diocletiani Imperatoris, Claudio, Praepedigna, Alexandro, Cuthia et Maximo 609-617; *g*) index rerum et verborum memorabilium 618-634; *h*) Marmora Salonitana a Francisco Antonio Zacharia Societ. Jesu in ordinem digesta I-XLVIII.

Volum. III editum anno 1755 dat *a*) dedicationem Voluminis Clementi XIII Pontifici III-VII; *b*) Praefationem VIII-IX; *c*) conspectum Voluminis X-XVI; *d*) Ecclesiam Spalatensem 1-567; *e*) indicem rerum et verborum memorabilium 568-585.

Volumen IV editum anno 1769 dat *a*) dedicationem Johanni Lucae Garagnini Archiepiscopo Spalatensi III-V; *b*) conspectum voluminis VII-XI; *c*) Episcopos suffraganeos Metropolis Spalaten-

Digitized by Google

sis; α) Belgradenses 1-36; β) Bosnenses 37-90; γ) Corbacienses, Modrussenses, Senienses et Ottocienses 91-167; δ) Dumnenses 168-183; ε) Macarenses 184-203; ζ) Aenonenses 204-238; η) Pharienses 238-279; ϑ) Tininienses 280-302; ι) Traguriensess 303-448; ϰ) Sibenicenses 449-500; λ) indicem rerum et verborum memorabilium 501-528.

Volumen V anno 1775 editum dat *a*) dedicationem Johanni Carsanae Archiepiscopo Jadrensi III-VI; *b*) vitam Danielis Farlati VII-XI; *c*) conspectum Voluminis XIII-XV; *d*) Ecclesiam Jadertinam 1-181 cum quinque tabulis aeneis; *e*) Episcopos suffraganeos Metropolis Jadertinae α) Absorenses 182-223, β) Arbenses 223-294, γ) Veglienses 294-316; *f*) Ecclesiam Siscianam nunc Zagabriensem 317-602; *g*) Additamentum ad Volum. V Illyrici Sacri 603-647; *h*) indicem rerum et verborum memorabilium 648-672.

Volumen VI anno 1800 editum dat *a*) dedicationem Rectori et Consiliariis Reipublicae Ragusinae III-V; *b*) conspectum Voluminis VI-VIII; *c*) Ecclesiam Ragusinam 1-285; *d*) Episcopos suffraganeos Metropolis Ragusinae α) Tribunienses et Mercanenses 286-318, β) Zachlumienses sive Stagnenses 318-362; γ) Corcyrenses 363-409; *e*) Episcopos Rhizinienses 410-420; *f*) Ascrivienses sive Catharenses 421-518; *g*) corrigenda et addenda 519-520; *h*) indicem rerum et verborum memorabilium 521-540.

Volumen VII anno 1817 editum dat *a*) dedicationem Pio VII Pontifici Maximo a Jacobo Coleto factam III-VIII; *b*) conspectum Voluminis IX-XV; *c*) Ecclesiam Diocletanam et Antibarensem 1-190; *d*) Episcopos suffraganeos Metropolis antibarensis, scilicet Albanenses, Balleacenses, Buduenses, Dagnenses, Drivastenses, Olcinienses, Pullatenses, Sardenses et Sappatenses, Svacienses, Scodrenses 191-334; *e*) Episcopos et Archiepiscopos Dyrrachienses 334-384; *f*) Suffraganeos Metropolis Dyrrachiensis, scilicet Lissenses seu Alexienses, Apollonienses, Aulonenses, Bendenses, Priscenses ac Stephanenses, Bullidenses, Canonenses, Croyenses, Lestronenses, Scampenses 384-434; *g*) appendicem ad Metropolim Dyracchiensem, Ecclesiam Acroceraunіam, Pulcheriopolitanam, Crainensem 434-

Digitized by Google

446; *h*) Ecclesiam Sirmiensem 449-612; *i*) indicem rerum 616-638.

Volumen VIII anno 1819 editum ab auctore Jacobo Coleto Sacro Cardinalium Conventui dicatum III-VIII continet *a*) praefationem IX-X; *b*) conspectum Voluminis XI-XV; *c*) Ecclesiam Scopiensem, scilicet ejus Archiepiscopos et Episcopos 1-23; *d*) Suffraganeos Metropolis Scopiensis, i. e. Episcopos Naissitanos, Stalienses, Ulpianenses, Zapparenses 24-41; *e*) appendicem ad Ecclesiam Scopiensem i. e. Patriarchatum Ipekiensem qui habet Episcopos Serbienses, Patriarchas Ipekienses 42-63; *f*) Ecclesiam Sardicensem et Sophiensem 64-84; *g*) Ecclesiam Marcianopolitanam 85-105; *h*) Episcopos suffraganeos Metropolis Marcianopolitanae Nicopolitanos, Abritenses, Appiarienses, Axiopolitanos, Comoenses, Derostorenses, Novenses, Odyssos, Sexantapristenses, Sugdaeenses, Tiberiopolitanos, Dionysopolitanos seu Varnenses 106-132; *i*) appendicem de Ecclesia Tomitana 133-143; *k*) Episcopos Belgradenses, Semandrienses et Vidinenses 144-157; *l*) Ecclesiam Achridanam 138-205; *m*) Ecclesiam Ternobensem 206-248; *n*) corrigenda et addenda 249-255; *o*) appendicem de responsis Nicolai I Pontificis ad Consulta Bulgarorum, 256-283; *p*) Martyrologium Illyricum 284-327; *q*) indicem rerum 328-330.

### 215. *Additamenta ad Illyricum Sacrum.*

Codicis ms. chart. a Jacopo Coleto exarati et Romam missi ad P. Maurum Cappellari (Gregorium XVI Pontific.) editio desideratur. V. *Giornale sulle Scienze e Lettere delle Provincie Venete,* Vol. XV.º Treviso, 1828: » Ora il Cardin. Cappellari ne fa pubblicare » in Roma le copiose giunte e correzioni, che in progresso di tempo » l'autore ne fece ».

### 216. *Diversorum ad Illyricum Sacrum, auctore Josepho Coleto.*

Bibliotheca Seminarii Patavini asservat Codicem numero DCCXV chart. ms. in Volumina undecim distributum, ab ipso Josepho Coleto

Digitized by Google

dono datum hac Epistola Andreae Coi: « Compiuta l' Opera del-
» l'*Illirio sacro* col Tomo VIII. già per la stampa ben disposto,
» mi restano alquanti tomi mss. di monumenti e materie la più parte
» inedite e non ispregevoli che non mi son più d'alcun uso. Perchè
» però non vadano dispersi e consumati, ho risoluto d'offerirli, tenue
» dono a codesta sua Libreria, onde in essa si conservino, potendo
» servir talora a non inutili cognizioni agli studiosi, e sieno un
» testimonio della stima ed obbligazione che professo a codesto ve-
» nerabile Seminario. Venezia, 20 aprile 1818. »

217. *Martyrologium Illyricum* Fabiano Blascovichio Episcopo Macarensi dicatum.

Accedunt notationes et de hoc opere commentariolum, auctore Jacobo Coleto. Venetiis, Impensis Simonis Occhi, 1818, pag. 96, in 8.

### Imotha. - Imoschi.

218. *Asciugamento della campagna*, i. e. Exsiccatio agri Imothensis in *Morlacchia veneta* et aquas inde ductas dirigendi ratio, auctore Nobili Domino Julio Bajamonti Spalatensi, cum nummo in honorem Pauli Æmilii Canal. Venetiis, apud Storti, pag. 19, in 4. maj.

### Knin.

219. *Relazione del ristauro*, i. e. Notitia arcium Knin, et Sign reficiendarum auctore Magnanini, an. MDCCIII.

Codex ms. chart. extat in Bibl. Semin. Venet.



Digitized by Google

MELITA, (AGATHEMER. Μελιτη, PTOLEM. Μελιτινη νησος) it. MELEDA. - illyr. MLIT.

220. *Sulle detonazioni dell'Isola di Meleda*, i. e. De detonationibus Insulae Melitae. Epistolae quinque, auctore doctore Luca Stulli. Rhacusae, per Antonium Martecchini, 1823, in 8.

Hujus opusculi, a celeberrimo Johanne Baptista Brocchi nec non ab Ephemeridibus *Revue Enciclopedique*, T. XXIV, pag. 724 laudati, quatuor Epistolas dicavit Auctor Doctori De R. 5-45 cum notis 47-54; postremam Equiti Johanni Aldini 3-20.

221. *Lettera del dottor L. Stulli al prof.*, i e. Epistola Doctoris Lucae Stulli Professori Urbano Lampredi (in idem argumentum). Extat in *Antholog. Florent.* num. 64.

222. *Bericht über das Detonations phänomen*, i. e. Quaedam de detonationis phaenomeno in Insula Melita, auctore Paulo Partsch, Inspectore I. R. Musaei mineralogici Vindobonensis. Vindobonae, 1826.

223. *Sulle detonazioni dell' Isola*, i. e. De detonationibus Insulae Melitae. Epistola doctoris Lucae Stulli Rhacusini edita curis doctoris Aloysii Pistorini Bononiensis. Bononiae, apud Richardum Masi, in 8.

Professori Francisco Orioli dicat Epistolam Pistorini. Ea autem est refutatio animadversionum quas citato opere, contra opiniones Doctoris Stulli, collegit Partsch.

224. Aloysius Bossi, Scipio Breislak, Petrus Configliacchi in Imper. Regio Instituto Scientiar. et Litterar. quinque Memorias de detonationibus Insulae Melitae recitarunt, an-

Digitized by Google

nis 1823-24. V. *Memor. dell' I. R. Istituto del Regno Lombardo Veneto.* Mediolani, Typ. Imperial. R., 1833, in 4.

225. *D. Paulus Apostolus in mari, quod nunc venetus Sinus dicitur, naufragus* et Melitae Dalmatensis insulae, post naufragium hospes, sive de genuino significatu duorum locorum in Actibus Apostolicis 27, 27. *Navigantibus nobis in Adria* et 28, 1. *Tunc cognovimus quod Melita insula vocabatur,* inspectiones anticriticae, auctore D. Ignatio Georgi Benedictino e Congregatione Melitensi Ragusina. Adjicitur brevis dissertatio ejusdem auctoris de Catellis Melitaeis. Venetiis, apud Christophorum Zane, 1730, in 4.

Opus cum icone in fronte libri et tabula topographica Melitae seu Melitene dalmatici maris nunc *Meleda* a Georgio inscribitur Triumviris Academiae patavinae curandae Ruzzino, Superantio et Grimano. Dedicationem subsequuntur; *a*) excerptum ex capp. XXVII et XXVIII Actuum Apostolorum, in quibus a S. Luca Divi Pauli naufragium Melitense describitur, secundum Vulgatam editionem graecam D. Lucae et graecam eamdem verbo ad verbum translatam; *b*) Prooemium duodecim paragraphis contentum; *c*) octo inspectionum periochae; *d*) praecipui aliquot Philomatenses seu Maltensium in hac causa patroni tum nostri tum heterodoxi; *e*) index digestus ordine litterarum Scriptorum ab auctore ad sua dicta confirmanda adhibitorum; *f*) Tabula sive Ordo Thematum Anteptolemaicorum sive positiones ac termini quorundam Marium et Locorum consueti Scriptoribus qui ante Claudium Ptolemaeum floruere; *g*) octo inspectiones in diatribas divisae I-CCXCVI; *h*) Parergon de Catellis melitensibus CCXCVI-CCC; *i*) Quatuor tabulae Ionium Sinum, duo maria Pliniana, Italiam triquetram et Trajectum Ionium Polybii, Sphaeram ventorum exhibentes *k*) index rerum praecipuarum libro contentarum CCCI-CCCXI.

Ut opinionem Patris Georgii infirmarent, Melitenses siculi Sinus homines rei peritos miserunt ut situm Melitae illyricae studiosius expenderent, sinus describerent et aquarum situm in circuitu determi-

Digitized by Google

narent. Gallus Gujot et Justus Fontanini Archiepiscopus Anciranus contra Georgium scripserunt, unde plura opuscula quae Georgii opinioni vel contrariae favent.

226. *De D. Paulo Apostolo in Melitam Siculi Adriatici Maris insulam naufragio ejecto.* Dissertationes apologeticae in inspectiones anticriticas R. P. D. Ignatii Georgii *de Melitensi Apostoli naufragio descripto in Act. Ap.* etc. auctore Co. Jo. Antonio Ciantar. Venetiis, apud Christophorum Zane, 1738, pag. 470, in 4.

Opus, dicatum I-XV. Mariae Annae Austriacae, habet *a*) descriptionem Melitae et Gauleos, *b*) Seriem Episcoporum Melitensium, *c*) singularum dissertationum argumenta, *d*) verba D. Lucae queis describit Melitense Pauli naufragium, *e*) typum Sinus Melitensis qui vulgo *la Cala di S. Paolo* dicitur, *f*) dissertationes numero viginti, *g*) Epistolam Marii Lanae Mathematici continentem quasdam observationes practicas in D. Pauli navigationem Melitensi naufragio terminatam, *h*) catalogum auctorum in Opere citatorum, *i*) indicem rerum et verborum. Tabulae aeneae tres inseruntur.

227. *Carlo Giuseppe di S. Fiorano. Navigazione dell'Apostolo Paolo,* i. e. Navigatio Apostoli Pauli a Caesarea ad Melitam. Dissertatio chronologico-geographica auctore Carolo Josepho a Sancto Florano. Mediolani, ex Typographia Josephi Galleazzi, 1757, in 8.

Haec dissertatio subsequitur fundationem Ecclesiae Aquilejensis ab eodem: hujus dissertationis pars altera adversatur opinioni Ignatii Georgii quoad locum naufragii D. Pauli.

228. *Agios de Soldanis Giovanni Pietro Francesco. Discorso apologetico,* i. e. Dissertatio apologetica contra dissertationem gallico idiomate a Domino Ladvocat conscriptam de naufragio D. Pauli Apostoli in mari Adriatico, au-

Digitized by Google

ctore Johanne Petro Francisco Agios de Soldanis. Haec Dissertatio locum habet in Opere *Récueil B.* anno 1753 (in favorem Melitae dalmatici maris) edito. Ad calcem operis extat Epistola (ab eodem Venetiis scripta III Non. Novembr. 1757 Johanni Nicolao Gaucci Melitae Siculi sinus) in librum Stephani Sciugaglia inscriptum: *Naufragium D. Pauli Melitae illyricae restitutum* (contra Dissertationem Caroli Josephi a S. Florano) et *Exercitationes geographicae* ec. *de naufragio D. Pauli ejusque adventu in insulam Melitam illyricam.* Venetiis, editum anno 1757. Venetiis, apud Benedictum Milocco, 1758, in 4.

229. *Opuscoli italiani e latini dell'Ab. Stefano Sciugaglia,* i. e. Opuscula italo et latino sermone ab Abbate Stephano Sciugaglia I. G. conscripta de Naufragio D. Pauli Apostoli contra scriptores Philo-Maltenses. Venetiis, apud Franciscum Pitteri, 1759, in 4.

Haec opuscula ordine sequenti continent α) Naufragium (italice) D. Pauli Melitae illyricae restitutum contra dissertationem chronologico-geographicam Reverendissimi Patris Caroli Josephi a Sancto Florano Minori Reform. Observationes praeliminares Ab. Stephani Sciugaglia I. G. Venetiis, apud Franciscum Pitteri 1757, pag. XLVI, in 4.

β) Exercitationes geographicas hydrographicas et anemographicas de Naufragio D. Pauli Apostoli ejusque adventu in insulam Melitam illyricam, sive Mare Adriaticum suis finibus restitutum, auctore Stephano Sciugaglia I. G. Ragusino. Venetiis, apud Franciscum Pitteri 1757, pag. LVI, in 4.

γ) Confutationes (italice) anticriticas Abbatis Stephani Sciugaglia I. G. in Epistolam Venetiis missam Melitam III. Non. Novembr. 1747 a C. Johanne Petro Francisco Agios de Soldanis Gozitano-Melitensi ad Illustrissimum Dominum Johannem Nicolaum Gaucci Apap. Patricium Gozitanum. Venetiis, apud Franciscum Pitteri, 1758, pag. XXIII, in 4.

Digitized by Google

δ) Epistolam Abbatis Stephani Sciugaglia I. G. quoad librum P. Caroli Josephi a S. Florano Min. Observ. *de origine fidei christianae Melitae.* Venetiis, apud Franciscum Pitteri, 1759, pag. XXIX, in 4.

230. *Ignatius Georgius. Vindiciae de Divi Pauli in insulam Melitam adventu adversus Gujottum.*

231. *Ignazio Georgi Apocrisi,* i. e. Responsio oppositionibus aliquot anonimorum, auctore Ignatio Georgio. Venetiis, apud Casparem Storti, 1760.

Post mortem Ignatii Georgii Comes Johannes Ciantar, Bonaventura Attardus Augustinianus, Robertus a S. Caspare Carmelita discalceatus et alii pro Melitensium Siculorum partibus stetere. Cognitio historiae criticae, rei nauticae, peritia linguae graecae, multiplex eruditionis genus in operibus Georgii quamplurime nitent. Anno 1732, clariss. Jacobus Facciolatus in Epistola ad eumdem scribit: » Io ho sempre detto, e l'ho detto a tutto il Mondo che l' Opera » sua sopra il viaggio di S. Paolo è una dimostrazione. Non mi me- » raviglio che sia stata trovata tale anche dai più rigorosi critici. »

232. *Lettera dell'Illustrissimo,* i. e. Epistola Illustrissimi et Reverendissimi Domini Justi Fontanini Archiepiscopi Ancyrani Domino Ignatio Georgio Abbati Melitensi in illius Opera de Divo Paulo naufragante. Venetiis, apud Casparem Storti, 1762, pag. 78, in 16.

233. *Critica de' Critici moderni.* i. e. Judicium criticum recentium criticorum qui ab anno 1730-1760 de lite oborta relate ad naufragium D. Pauli Apostoli capp. XXVII et XXVIII Act. Ap. descriptum egerunt, Philaleti Epiphanio, a Nonio, Catiniano, Gravanti M. D. A. R. D. I. E. B. L. B. P.

Digitized by Google

missum. Venetiis, apud Paulum Colombani, 1763, pag. 148, in 4.

Illustrissimo et Excellentissimo Domino Fratri Aloysio de Jerrcin Guerin dicat opus Philaletes Epiphanes 3-6. Nonius, Catinianus, Gravanti Philaleti Epiphani praefantur 7-10. Capitibus duodecim totum opus absolvitur.

234. *Verità vendicata contro,* i. e. Veritas vindicata contra Patrem Georgium Benedictinum de naufragio D. Pauli, auctore N. Ricci.

235. *Ignazio Giorgi. Apocrisi,* i. e. Responsum objectis nonnullorum eruditorum in librum Ignatii Georgii de naufragio Paulino.

236. *Giusto Fontanini. Lettera,* i. e. Epistola Justi Fontanini Patri Ignatio Giorgio de naufragio Paulino.

Hae tres opellae extant in Cod. ms. chart. Bibl. S. Marci Venetiar. Cl. XI. num. LIV.

237. *Ignatius Georgius. De Missa divinisque officiis ad naufragii Paulini memoriam quotannis recolendam Maltensi Ecclesiae a S. Rituum Congregatione indultis disquisitio.*

238. *Stefano Gradi. Notizie,* i. e. Commentarium Congregationis Melitensis pro Republica Rhacusea, auctore Stephano Gradi.

Codex ms. chart. ineditus.

Digitized by Google

## Morlacchi. - illyr. Vlahi.

239. *Lettre de M. l'Abbé Fortis à Mylord,* i. e. Epistola Domini Abbatis Fortis Domino Comiti de Bute de moribus et usibus Morlacchorum, dictis *montenegrini.* Bernae, apud Societatem typographicam, 1778, pag. 85, cum iconibus, in 8.

Haec Epistola in sexdecim paragraphos distribuitur. Habetur etiam in primo Volumine Operis: *Voyage en Dalmatie d'Albert Fortis.* Bernae, 1778.

240. *Les Morlaques par J. W. C.,* i. e. Morlacchi, auctore I. W. C. U. et R. 1788, pag. 253, in 8.

Opus romanense Catherinae II dicavit auctor I. Winac Comitissa ex Ursiis et Rosenberg. In quindecim libros dividitur.

241. *Racconto della Morlacchia,* i. e. Enarratio itineris facti a discessu Morlacchorum et veterum subditorum in Lika et Provincia.

Est Morlacchorum certamen contra Turcas.

## Mukarum, vel Macarum, vel Muchirium, vel Macarscha, it. Macarsca. - illyr. Makarska.

242. *Epitome del Privilegio e Rolo,* i. e. Epitome Privilegii et gradus Mukari Primorie et Crainae, cum illustribus factis, honoribus et agendi ratione familiarum privilegio ornatarum A. F. P. M. M. D. P. R. C. Venetiis, apud Simeonem Cordella, 1794, pag. 20, in 8.

Digitized by Google

243. Marmora Macarensia. Editio secunda aucta et illustrata. Rhacusae, Typ. Martecchianis, 1810, in 8.

Cum icone auctoris Josephi Paulovich-Lucich.

Opus dicatum Domino Garagnin Cathari Administratori generali extat in calce: *Series Marmorum extantium etiam nunc in domo auctoris Macarschae.*

244. *Ad brevem de comato et crispulo clerico diatribam critico-canonico-historicum de Barba, additamentum cum brevi ad Marmora Macarensia additione, auctore Jo. Josepho Paulovichio Lucichio.* Venetiis, excudebat Sebastianus Coleti, 1802, in 16.

Additio ad Marmora Macarensia extat a pag. LXIV ad LXXI. Est autem Additio II. a pag. LXX ad LXXI sunt quinque Marmora Naronensia receus in Viddo effossa, anno 1802, mense Apr.

245. Ad Marmora Macarensia Additio III ejusdem. Venetiis, Typis Coletianis, 1802, in 8.

246. *In italicam Andreae Ciccarelli Brachiensis Apologiam Jo. Josephi Paulovichii Lucichii Macarensis refutatoria Epistola.* Venetiis, ex Typographia Aloysiopolitana, 1817, pag. 36, in 8.

Est diatriba in Andream Ciccarelli qui plura scripserat contra edita a Paulovichio de patria S. Hieronymi et de Marmoribus Macarensibus.

247. *Edicta, Sanctiones, Decreta etc. pro Ecclesia Macarensi,* cum historico-critica praefatione de pervetusta ejusdem origine, de numero Episcoporum, Archidiaconorum, Canonicorum etc. Opus nova singularique methodo concinnata, qua ratio Dioecesanae Synodi supplendae proponitur. Venetiis, Typis Coletianis, pag. 107, in 4.



Digitized by Google

248. *Viri Dei Nicolai Blascovich Episcopi Macarensis vita.* Venetiis, apud Sebastianum Coleti, 1798, in 4. (Illyrice).

Hanc eandem vitam ex illyrico in italicum idioma reddidit typisque venetis anno 1800 vulgavit Socius Unanimium Taurinensium sub academico nomine l' *Avvinto.*

249. *Johannis Josephi Paulovichii Lucichii Dalmatae Macarensis a*) Vita et Sacerdotium, *b*) Gradus academici, *c*) munera in sua Ecclesia, *d*) Praesulum conatus et vota ut fieret Episcopus, *e*) Pii VII Pont. Max. peramantissimae ad ipsum datae Epistolae, *f*) S. Congregationis de Propaganda Fide Epistolae, *g*) Quorundam S. R. E. Cardinalium, nonnullorumque Italiae Archiepiscoporum et Episcoporum Epistolae, *h*) Nuntii Apostolici Venetorum, Archiepiscorum et Episcoporum Dalmatiae, Albaniae etc. de ipsius ingenio, morum integritate, scientia, eruditione, scriptis, zelo, pietate etc. testimoniales epistolae, *i*) Opera latine, italice, illyrice typis edita.

Haec omnia per summa capita exhibet Tabula una folio comprehensa una cum icone Josephi Paulovichii Lucichii.

250. *Poche linee intorno alla Vita*, i. e. Pauca de vita et operibus Domini Johannis Josephi Paulovichii Lucichii Canonici et Provicarii Macarensis. Patavii, Typis Angeli Sicca, 1841, pag. 41, in 8.

Opusculum dicat auctor Antonius Meneghelli mense Augusto 1841. Illustriss. et Reverendiss. Domino Stephano Paulovich Lucich Episcopo Catharensi.

Digitized by Google

## Narona. - it. Viddo. - illyr. Vit.

251. *De Naronensi urbe et civitate.* Pars altera Operis: De regno Bosniae ejusque interitu narratio historica. Venetiis, Typis Modesti Fentii, 1781, pag. 125, in 8.

252. *De morbo Naroniano tractatus,* auctore Josepho Antonio Pujati Sacilensi, Feltriae Medico primario. Feltriae, Typis Semin., 1747, pag. 252, in 4.

Opus tribus sectionibus comprehenditur.

## Onoeum. - it. Almissa. - illyr. Olmiss.

253. *Regestum Partium ac Decretorum Venerandi Cleri Ecclesiae S. Michaelis Arcangeli Almissy factum anno ab incarnatione Domini,* 1766.

Codex ms. membr. in folio cum sigillis appensis extat in Municipio Onoensi: ex eo desumpta fuere omnia exemplaria mss. asservata in quibusdam familiis Onoei, et Palatii apud Franciscum Lanza.

Continet autem Partes varias et Decreta a Regibus Hungariae prolata et a Venetis in favorem Regum Bosniae. Primum Documentum anno 1207 spectat Andream Regem *in perpetuum* Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Rasciae, Serviae, Gallitiae, Lodomiriae; ex quo patet Onoeum quandoque suo Episcopo gavisum fuisse: « Episco-
» pum vero aut Comitem, quem Clerus et populus elegerit, confir-
» mabo, et legem antiquitus constitutam cum vestro Judice, vos uti
» permittam. «

Digitized by Google

## Palatium, seu Spalatum, vel Spalatrum it. Spalato, vel Spalatro. - illyr. Split.

254. *Ruins of the Palace of the Emperor Diocletian,* i. e. Rudera palatii spalatensis Imperatoris Diocletiani in Dalmatia, auctore Roberto Adam. Londini, 1764, folio maximo.

Extant in opere sexaginta tabulae aere descriptae a Bartolozzi aliisque. Adam ex se monumenta delineavit, proinde plures menses Palatii moratus est; inde descriptiones suas aere sculpendas curavit. Idem dono misit exemplar Operis Municipio Spalatensi. Fratres Lucas et Dominicus Garagnin e Tragurio exemplar ad propriam Bibliothecam exornandam coemerunt.

255. *Francesco Egidi. Traduzione*, i. e. Versio itala operis nuper citati, auctore Francisco Egidi. Venetiis, in 4.

Egidi, cum esset custos Bibliothecae familiae Fuscarenae apud Ecclesiam Carmelitarum Venetiis, Jacobo Fuscareno versionem dicavit.

256. *Descrizione del Monumento,* i. e. Monumenti cum inscriptione et figuris a Palatio ad Musaeum Nanianum venetum translati descriptio. Hanc lege in *Nova Opusculorum collectione scientiarum et philologiae a Calogerà dicta,* Vol. IX, 299-321.

Auctor Operis est Johannes Franciscus Zanetti: propterea extat etiam in ejus operibus Venetiis editis anno 1761, in 4.

257. *Opuscoli riguardanti la storia,* i. e. Opuscula quae respiciunt historiam virorum illustrium Spalatensium et quorundam Dalmatum, ab Andrea Ciccarellio Sacerdote, Castri

Digitized by Google

Pucischie in Insula Brattiae collecta. Rhacusae, apud Antonium Martecchini, 1811, pag. 107, in 8.

Dedicatio operis Dominico Garagnin Patritio Traguriensi, tunc *Delegato* Provinciae Rhacusae et Cathari. Habentur autem *a*) Praefatio 5-8; *b*) Descriptio urbis spalatensis facta a Johanne Tomco Marnavitio Canonico Sibenicensi 9-11; *c*) Synopsis virorum illustrium Spalatensium a Marco Dumaneo 12-41; *d*) Additio Hieronymi Bernardi Canonici Ecclesiae Spalatensis 42-45; *e*) Catalogus virorum illustrium Spalatensium conscriptus manu propria et charactere clarissimi viri Petri Alexandri Bogetich *qui gravi omnium bonorum dolore obiit ob pestem an.* 1784 *Mense Aprili* 46-51; *f*) Additio aliquot vitarum in compendium redactarum ad Editore Cicarellio: sunt autem viri quorum vitae offeruntur: Matthaeus Caraman, Johannes Petrus Riboli, Johannes Gioannizio, Hieronymus Michich, Nicolaus Michieli Vitturi 52-59; *g*) Altera additio ut supra: Johannes Draschich, Angelus Dalla-Costa, Simeon Carugnini, Bartholomaeus Kassich, Johannes Petrus Lucius, Michael Madius, Papa Johannes IV, Tomcus Marnavicius, Johannes Patricius, Antonius Cadcich 60-65; *h*) Dissertatio de Patria Maximi Doctoris Ecclesiae Catholicae S. Hieronymi Dalmatae Stridoniensis auctore Andrea Ciccarellio 66-92; *i*) Compendia rerum gestarum a duobus Praesulibus Traguriensibus B. Augustino Casotti et Johanne Luca Garagnin conscripta a Presbytero Augustino Casotti in Gymnasio Traguriensi Philosophiae Professore et V. Paroch. Castri Victuriorum 93-95; *k*) Brevis notitia Jo. Lucae Garagnin Archiepiscopi Spalatensis 96-107.

258. *Statuta Spalatensia.*

Codex ms. chart. forma folii parvi apud Doctorem Franciscum Lanza Spalatensem continet *a*) Praefationem quatuor paginis; *b*) de Origine Spalati tribus paginis. Notitia haec finit: *Quia igitur Spalatini sunt nobiles ideo sunt naturaliter virtuosi; c*) binos indices materiei, ordine litterarum digestos, quorum primus occupat sexde-

Digitized by Google

cim paginas, alter trigintaduo; *d*) sex libros statutorum 1-130; *e*) Statuta nova 131-148; *f*) librum Reformationum 149-180; *g*) Privilegia spalatensia 181-186.

259. *Sull' istituzione della pubblica Società,* i. e. De instituta publica Societate oeconomica spalatensi. Oratio Nobilis Josephi Ivellio ex Institutoribus ejusdem Societatis habita in prima sessione. Id. Aug. 1767. In Ephemeridib. *Raccolta di Memorie delle pubbliche Accad. di Agricoltura,* ec. Venetiis, 1796, Vol. XVII, pag. 76-93, in 8.

260. *Memorie della pubblica Società,* i. e. Commentaria publicae Societatis oeconomicae spalatensis. Venetiis, Typis Coleti, 1788, in 8.

Sunt autem 1) Memoria Domini Thomae Ciulich V-XXVII; 2) Memoria Comitis Rados Antonii Michieli Vitturi de invectione olearum in regiones mediterraneas Dalmatiae XXIX-LXXXVI; 3) Memoria Domini Johannis Lucae Garagnin de necessitate incumbendi in incrementum agriculturae in Provincia Dalmatiae LXXVII-CVIII; 4) Memoria botanico-georgica de cultura et usibus oeconomicis avenae altissimae auctore Aloysio Arduin CIX-CXX; 5) Specimen aliquot experimentorum in ripa Castrorum Tragurii habitorum a Domino Luca Chialetich de *Castel Vitturi* Traguriensi CXXI-CXXVII.

261. *Statuti della cassa,* i. e. Statuta capsae oeconomicae quam vocant *di risparmio* Palatii, anno 1821 fundatae. Spalati, Typ. De-Marchi, in 8.

262. *Relazione dello Stabilimento,* i. e. Notitia Instituti Balneorum aquae mineralis-sulphureae Palatii in Dalmatia a Nicolao Selebam, Membro Consilii Communalis Spa-

Digitized by Google

latensis erecti. Jaderae, Typis Johannis De-Marchi, 1823, pag. 15, in 8.

Opusculum in tria Capitula distributum dat *a*) brevem Palatii descriptionem, *b*) proprietates physicas, chemicas et medicas aquae mineralis, *c*) Institutum Selebam descriptum quo ejuscemodi aquarum balnea habentur.

263. *Botanischer Wegweiser*, i. e. Manuductio botanica ad vicinia Palatii in Dalmatia. Index ordine litterarum digestus plantarum ab auctore in Dalmatia, praesertim autem in viciniis Palatii sponte succrescentium, repertarum, cum indicatione locorum ubi reperiuntur, temporis quo florent, synonimorum quae magis usuveniunt, classium et ordinum juxta systema sexuale linnaeanum, auctore Francisco Professore Petter, socio botanicae societatis Ratisbonensis. Jaderae, Typis Battara, 1832, pag. 52-144, in 16.

Manuale hoc refert formam oblongam et hanc obversam. Praefatio satis longa occupat paginas non numeratas quae praeeunt Textui.

264. *Diedo Angelo. Dispacci*, i. e. Litterae quas Diedo Angelus, electus anno MDCCLXXXIV Provisor *alla Sanità*, Senatui Veneto misit occasione pestis Spalatensis.

Codex ms. chart. in fol. extat in Biblioth. S. Marci Venet. Cl. VII, num. 748. Pasqualis Urachien Consultor Reipublicae eas litteras scripsit a die vigesimasexta Maj an. MDCCLXXXIV ad undecimam Martii an. MDCCLXXXV, dicavit autem, una cum notitia ultima rerum tempore pestis gestarum, Angelo Diedo.

265. *Registro di tutte le lettere*, i. e. Regestum omnium litterarum quas ex officio Diedo Angelus extraordinarius Pro-

Digitized by Google

visor *alla Sanità* dedit annis MDCCLXXXIV, MDCCLXXXV, occasione pestis Spalatensis.

Collectio tribus Codicib. ms. chart. in fol. extantibus in Bibl. S. Marci Venet. Cl. VII, numm. 749, 750, 751, dat *a*) in primo Volumine litteras missas ministris Dalmatiae a die vigesima nona Maj ad vigesimam tertiam Septembris an. MDCCLXXXIV; *b*) in secundo litteras ministris militaribus et magistratui veneto a die vigesima septima Maj an. MDCCLXXXIV ad secundam Maj an. MDCCLXXXV; *c*) in tertio litteras aliis ministris a die vigesima tertia septembris anno MDCCLXXXIV ad octavam Martii anno MDCCLXXXV datas.

266. *Diedo Angelo. Manifesti*, i. e. Edicta manuscripta, postea typis edita, relatae ad pestem Spalatensem, quae dedit Angelus Diedo.

Cod. ms. chart. in fol. extat in Biblioth. S. Marci Venet. Cl. VII, num. 752. Quae in Codice, praeter Edicta, habentur, sunt magni ponderis, praesertim ob nonnullorum documentorum autenthiam.

Ex quinque Codicibus citatis, qui in familia Diedo verosimiliter delitescebant, historia morbi contagiosi qui Palatii duobus annis MDCCLXXXIV, MDCCLXXXV crassatus est, deduci potest.

267. *Relazione della peste*, i. e. Notitia pestis, quae grassata est Palatii anno 1784, per Epistolam ab *Officiali N.* concivi suo data Venetiis. Venetiis, apud Dominicum Pompeati 1784, pag. 130, in 8.

268. *Memorie sulla peste di*, i. e. Commentarium de peste Spalatensi anni 1784, auctore Patre Fideli a Jadera, Cappucino Palatii, 1784.

Codex ms. chart.

Digitized by Google

269. *Ragionamento medico sopra*, i. e. Dissertatio medica de principio pestis spalatensis erupta V. Kal. April. 1784. Venetiis, 1785, in 4.

270. *Produzioni ascetiche*, i. e. Productiones asceticae et adscititiae, quoad pestem spalatensem auctore Patre Fideli a Jadera Cappucino superstite, dum in medio morbo versaretur. Venetiis, per Antonium Zatta et filios, 1790, pag. LXXI, in 8.

Habentur hic Preces, Tractatus et Versus latini de dicta peste.

271. *Storia della febbre*, i. e. Historia febris epidemicae quae Palatii et locis finitimis, anno 1817, grassata est, auctore doctore A. Frari. Patavii, Typis Sociorum titulo Minervae, 1818, pag. 123, in 8.

272. *Spalato sostenuto*, i. e. Palatium contra Turcas defensum anno 1757 sub auspiciis felicissimae Reipublicae venetae, adsistente invictissimo Angelo Orio, Comite et Provisore Phariae, auctore Francisco Johanne Georgio Nicolini ex Ordine religioso B. Petri a Pisis. Venetiis, per Franciscum Valvasense, 1665, pag. 236, in 12.

Opus excellentissimo Johanni Antonio Zeno ab auctore dicatum, 7-14.

273. *Orazione al Clarissimo*, i. e. Oratio ad clarissimum M. Johannem Baptistam Calbo, Rectorem dignissimum, et ad magnificam Communitatem spalatensem, ab Antonio Proculiano, ejus Communitatis Cancellario dicta. Huic adnectitur alia Oratio, ab eodem in Consilio spalatensi recitata. Venetiis, apud Dominicum Fari, 1567, folia 58 numerata *recto*, in 8.



Digitized by Google

274. *Lettera intorno a Marc'Antonio,* i. e. Epistola de Marco Antonio de Dominis.

Extat in cod. ms. chart. in fol. Cl. XI. num. XLII. Biblioth. S. Marci Venetiar.

275. *Vitae quatuor Archiepiscoporum Spalatensium,* ex Congregatione Somaschensi a Nicolao Petricelli ejusdem Congregationis descriptae.

Opusculum locum obtinet in *Collectione itala Opusculorum a Calogerà dicta.* Venetiis, apud Simeonem Occhi, 1743, in 8. Vol. XXVIII, pag. 411-465. Sunt autem Vitae: *a*) Bonifacii Albani Bergomensis 413-420; *b*) Stephani Cosmi Veneti 421-440; *c*) Stephani Cupilli 441-461; *d*) Johannis Baptistae Laghi Patricii Veneti 462-465.

276. *Notizie intorno alla Vita,* i. e. Notitiae de vita quatuor Archiepiscoporum Spalatensium, Primatum Dalmatiae et Croatiae, qui ex Congregatione Somaschensi clari doctrina et virtutibus apostolicis extitere, collectae a Domino Octavio Maria Paltrinieri, ejusdem Congregationis Vicario Generali. Romae, Typis Josephi Salviucci et filii, 1829, pag. 130, in 4.

Opus dicatum defuncto Petro Antonio Zorzi Patricio Veneto, ex Congregatione Somaschensi, Archiepiscopo Utinensi. Extant icones Archiepiscopi Zorzi, nec non quatuor Archiepiscoporum Spalatensium, qui sunt idem ac memorati superius in Collectione Calogerà.

277. *Laudatio in funere Pauli Clementis Miossich* Episcopi Spalatensis et Macarensis alias Salonitani, habita in Ecclesia Cathedrali Spalatensi III. Id. Oct. anno 1837 a Josepho Ciobarnich, ejusdem Ecclesiae Canonico. Viennae, Typis Congregationis Mechitaristicae, 1838, pag. 53, in 8.

Italicam versionem e fronte textus addidit auctor.

Digitized by Google

278. *Constitutiones Synodi Dioecesanae Spalatensis*, editae ab Ill. et Rev. D. D. Stephano Cosmo Archiep. Spalatensi, alias Salonitano, Primate Dalmatiae ac totius Croatiae. Patavii, apud J. Franciscum Brigoncium, 1690, pag. 296, in 12. Sunt capita XXXIII.

279. *Proseguimento della Storia*, i. e. Historiae S. Dydimi, in qua describitur Translatio ejus corporis recens Palatii solemniter facta. Venetiis, apud Josephum Rosa, 1770, pag. 56, in 12.

Translatio S. Dydimi per compositionem drammaticam cantu exhibitam Palatii anno 1770, extat a pag. 33-56.

280. *Varie suppliche de' privati*, i. e. Preces privatorum et spalatinensium ad Monasterium Venetiis erigendum, una cum responsis quae ad id referuntur, auctore N. Businello.

Cod. ms. chart. extat in Bibl. Sem. Venet.

## Perastum. - it. Perasto.

281. *Notizie sul Santuario*, i. e. Notitiae de Sanctuario B. Mariae Virginis *a scalpro* dictae, Venetiis, in 16.

Opusculum pluries typis editum habet auctorem Vincentium Ballovich Medicum Perastinum.

Sanctuarium istud exstructum est in insula prope Perastum e regione Sinus Risonici.

Digitized by Google

PHARIA seu LESINA (SCIL. STRAB. STEPH. BYZANT. φαρος)
it. LESINA. - illyr. PHAR.

282. *Nicolò Zudenigo.* i. e. Dissertatio inedita de Pharia, auctoris Nicolai Zudenigo patria, data rogante Francisco Maria Appendini Scholarum Piarum.

283. *Statuta Communitatis Lesinae.* Venetiis, Typis Marci Ginammi, 1643, pag. 248, in 4.

Opus cum icone S. Stephani Protectoris Lesinensis Johanni Baptistae Grimano Provinciarum Dalmatiae et Albaniae Provisori generali dicat Communitas Lesinae *a*) Leges pag. 79 *b*) *Aggionta* i. e. Additio aliquarum legum, pag. 101, *c*) Registrum Terrenorum Communis Phariae pag. 223, *d*) Taxa vetus Cancellariae Commun. Phariae pag. 231, *e*) *Tariffa nuova* i. e. Nova indicatio monetarum vel pretii rerum emendarum.

RHACUSA, vel RACUSA, seu RACUSIUM
it. RAGUSA. - illyr. DUBROVNICK.

284. *Nicolò Ragnina. Storia.* Historia inedita Rhacusinorum, auctore Nicolao Ragnina.

Chronica informia, stylo rudi, nulla eventuum ligata serie a 1400-1545: laudatur tamen chronologiae determinandae gratia.

285. *Eusebio Caboga. Annali di Ragusa,* i. e. Annales Rhacusae una cum Vitis Archiepiscoporum Rhacusae, auctore Eusebio Caboga.

Codex ineditus a Seraphino Razzi et Mauro Orbini laudatus, latine conscriptus, cujus exemplar jam in Archivio Episcopali Stamni servabatur. Nunc quaedam tantum loca remanent.

Digitized by Google

286. *Serafino Razzi. Storia di Raugia*, i. e. Historia Rhacusae, auctore Seraphino Razzi. Lucae, per Vincentium Bosdraghi, 1596, in 8.

Duobus primis libris, nullo styli lepore a Ragnina enarrata transcripsit, unde in primis hujus historiae saeculis major diligentia desideratur. Etsi Marcus Fuscarenus hanc historiam scriptae a Luccari praeferat ob minutam et nitidam descriptionem bellorum terrestrium et maritimorum inter Christianos et Turcas, belle Sebastianus Dolci de Luccaro et Razzio: *Lucarus scripsit aliena potius quam nostra: Razzius et aliena et nostra indiligenter.*

287. *Luccari Giacomo. Copioso ristretto*, i. e. Pingue compendium Annalium Rhacusae, ab ejus principiis usque ad annum 1604, auctore Jacobo Luccari. Venetiis, instante Antonio Leonardi, 1605, pag. 176, in 4.

Jacobus Luccari dicat opus quatuor libris digestum illustrissimo Marino Boboli. Dedicationem subsequitur Auctorum in Opere citatorum Syllabus quinque paginis comprehensus, hunc vero Tabula rerum notabiliorum viginti quatuor paginis digesta.

288. Idem compendium cui Vita auctoris addita fuit.

Non obstantibus Orni laudibus, Dolci et Cerva pluribus locis chronologiam et perturbationem in factorum dispositione emendarunt. Dolci praeterea observat quod *aliena potius quam nostra transcripsit,* nam de integro orbe velle loqui videtur. Tamen in eo laudanda et geographicarum descriptionum diligentia et optima Status regendi principia.

289. *Cerva Lodovico. Origine*, i. e. De Origine Rhacusae, auctore Ludovico Cerva. Rhacusae, apud Trevisan, 1790.

Opus edidit Michael Sorgo qui uberiores addidit notas. Idem Cerva e suis Codicibus opus hausit, instante amico suo Bernardo Bac-

Digitized by Google

cupio Archidiacono Ecclesiae Baccensis in Hungaria, qui suam a Rhacusa originem jactans, incrementa et patriae suae glorias noscere cupiebat. Cerva levi manu sed eleganter celebriora facta Rhacusae ab ejus fundatione usque ad Turcas Bossinam stabili domicilio occupantes attingit. Post annum millesimum chronologiam eventuum neglexit et plura digna quae memorentur omisit.

290. *Giugno Resti. Storia,* i. e. Historia civilis Rhacusae, in 13 libros digesta ad annum 1451, auctore Junio Resti.

Stylus enervis ob minutula facta enarrata patria et extera: tamen auctor caeteris anteferendus ob documentorum autenthiam. Uladislaus Gozze, undecim annis quibus amico Resti fuit superstes, huic historiae laudatum Prooemium addidit. Resti anno 1735 vita functus est.

291. *Seraphinus Cerva. Adversaria.*

Sunt Commentaria ab Archivio Reipublicae Rhacusae educta, ab Archivio Monachorum Lacromae et Congregationis S. Dominici, a publicis et privatis Bibliothecis Rhacusae et Romae, decem annorum studio in duodecim crassiora volumina digesta.

Codex ineditus.

292. *Francesco Gondola, Apparato,* i. e. Apparatus ad Historiam Rhacusae, auctore Francisco Gondola.

Codex ineditus ex publico Archivio redactus.

293. *Sebastiano Dolci. Dissertazione,* i. e. Dissertatio de origine et urbe Rhacusae, auctore Sebastiano Dolci.

294. (It.) Dissertatio de non interrupta libertate Rhacusae, auctore eodem.

Haec duo opuscula inedita extant Rhacusae.

Digitized by Google

295. *Giovanni Bona. Descrizione,* i. e. Descriptio geographica latina Status Rhacusaei, auctore Johanne Bona.

Imprimendum jussit Michael Sorgo opus una cum Commentario Tuberonis de Rhacusa.

296. *Periegesis sive descriptio locorum orae Rhacusanae.* Poema duobus libris comprehensum, auctore Georgio Ferrich. Rhacusae, 1803.

297. *Situs, Ædificiorum, Politiae, et Laudabilium Consuetudinum Civitatis Rhacusii descriptio confecta an. D.* 1440, auctore Philippo *de Diversi de' Quartigiani,* hetrusco.

Opus ineditum in quatuor partes distributum, ut ex titulo patet. Latina scribendi ratio adeo barbara est ut nihil supra.

298. *Scholia summaria et Judices legum Rhacusinarum,* auctore Francisco Gondola.

299. *Index alphabeticus Senatus consultorum Rhacusae* eodem auctore.

Codex ms. ined.

300. *Praxis judiciaria juxta stylum Curiae Rhacusinae auctore Nicolao Bona,* qui anno 1671 opus complevit. Rhacusae, apud Carolum Occhi.

Methodi perspicuitate et brevitate enarrationum laudandum opus.

301. *Principia politica ad bonam Reipublicae Rhacusinae administrationem, auctore Stephano Gradi.*

Codex ineditus in publico Archivio Rhacusae.

Digitized by Google

302. *Ars sive Instituta de Republica administranda, ad Junium fratrem, auctore Stephano Gradi.*

Codicem ineditum saeculo elapso ad finem vergente repertum in privata Bibliotheca et sub hasta venditum non vidit Cerva.

303. *Epistola a Michele Denis,* i. e. Epistola a Georgio Ferrich Michaeli Denis. Vindobonae, 1798.

Agit de provincia Rhacusa, cujus dat per compendium historiam, Dominationi Austriacae subdita.

304. *Poesie per la riunione,* i. e. Poemata ob provinciam Rhacusae Imperio adjunctam. Rhacusae, 1815, in 4.

305. *Iscrizioni e Poesie,* i. e. Inscriptiones et Poemata ob adventum et domicilium Rhacusae Majestatis Austriae Francisci I et Carolinae Augustae, 1818, in 8.

306. *Georgius Hispanus. De ratione medendi eos qui sub climate Rhacusae nati sunt.*

Codex ineditus. Auctor floruit saeculo XV.

307. *De peste quae in exitu anni 1816 in circulum Ragusinum irrepserat, auctore Luca Stulli.* Rhacusae, apud Antonium Martecchini, 1818.

308. *Francisci Travagini. Super observationibus a se factis tempore ultimorum Terraemotuum ac potissimum Ragusiani physica disquisitio seu gyri terrae diurni indicium.* Lugduni Batavorum, 1669, in 8.

Dedicatio Operis illustrissimo D. D. Huberto Mommio ab auctore facta novem paginis non numeratis digesta est; Dissertatio paginis viginti novem.

Digitized by Google

309. *Giacomo Palmotta cognominato*, i. e. Jacobi Palmotta cognomine Dionovich Poema ineditum inscriptum: *Dubrovnik ponovgljen*, nempe *Rhacusa renovata*.

Auctor morte praereptus opus emendare nequivit, nec vigesimo quidem cantui finem imponere. Est autem historia terraemotus anni 1667, poeticis descriptionibus ornata ita ut pluries ad lacrymas invitet.

310. *Angelus De-Martini. Proseucticon de terraemotu quo Epidaurus* (Rhacusa) *in Dalmatia anno* 1667 *prostrata est ad Cosmum III Hetruriae Ducem.*

Poema a quo et ubi editum nescio; ex opinione Francisci Mariae Appendini, spiritu et affectu non caret.

311. *Johannis Bona Binae compositiones poeticae, illa de terraemotu Rhacusae, altera de ejus renovatione.* Anconae.

